





DISSERTATIO HISTORICA

DE

OTTONE MAGNO  
ITALIAE REGE AC ROMANORVM  
IMPERATORE

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO

ERNESTO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE RELIQA  
D. IMPERAT. AVG. SVMMO TOTIVS CAESAREI EQVL-  
TATVS PRAEFECTO AC LEGIONIS EQVESTRIS  
ITEMQVE PEDESTRIS TRIBVNO

CONSENTIENTE

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM COLLEGIO  
PRAESIDE

M. CHRIST. GVIL. FRANCISCO  
WALCHIO

PVBlicae ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVBICIT

RESPONDENS

IO. PHILIPP. GVIL. LVCKIVS

EX COMITATV ERBACENSI

PHIL. ET SANCT. DISCIPLIN. CVLTVR ET SOC. LAT. IENENS. SODALIS

D. XVII. DECEMBER. M DCC XXXVI.

IENAE LITTERIS IO. CHRIST. CROEKERI.

DISSECTIO HISTORICA

OTTONI MAGNO  
ITALIAE REGIS & ROMANORVM

RECTORIS MAGNI WILHELMISSIMO  
MAGISTRI

FRANCISCO

DE  
MAGISTRO

MAGISTRO

M. THOMAS

MAGISTRO

MAGISTRO

D



ILLVSTRISSIMIS  
S. R. I. COMITIBVS

DOMINO  
FRIDERICO LVDOVICO  
CAROLO EGINHARDO

DOMINO  
GEORGIO ALBERTO

COMITIBVS IN ERBACH  
DYNASTIS IN BREVERBERG etc. etc.

COMITIBVS GRATIOSISSIMIS

AC  
DOMINIS MEIS



ERIDRICO LABOVICO  
CAROLO EGINHARDO  
DOMINO  
COMITIBVS IN ELSAACH  
COMITIBVS IN ELSAACH  
COMITIBVS IN ELSAACH  
COMITIBVS IN ELSAACH



ILLVSTRISSIMI  
S. R. I. COMITES

GRATIOSISSIMI COMITES  
AC DOMINI



Comparet VOBIS, ILLVSTRISSIMI COMITES! *Dissertatio, quam ipse quidem non excudi, tamen in conuentu eruditorum, publice e cathedra Philosophorum ventilauit.*

*Indulgete, si quid audaciae commisi, VESTRA EXCELLENTISSIMA nomina, huic Dissertationi splendorem conciliaturus, dum imprimenda curauit. Indulgete deuotae pietati, quae exiguae quidem grates, pro VESTRIS in me GRATIIS mirifice collatis, piamque mentem aliquatenus significare voluit.*

*Mirificum duxi, reuolutans mecum, clementissimos istos vultus, sermones gratiosissimos quibus me sepius, in atrio stantem, ad salutandum vos admifistis. Mirificum duxi in memoriam reuocans ista tempora, quibus, conatibus meis omnia prospere succedere, benignissime iussistis.*

*Indul-*

I M D E D I C A T I O .

*Indulgete homini, qui dum vitam omnem VESTRIS aliquando iussis tribuit; quique omnes eo intendit curas, ut solida eruditione ad seruitia VOBIS præstanda, idoneum efficiat; quæ prima studiorum publice reddidit, EXCELLENTIIS VESTRIS submissè obtulit.*

*Nec mihi ignotum est, quanta sit VESTRARUM præclare gestarum notitia. Reuiuiscit in VOBIS STIRPIS ILLVSTRISSIMAE ERBACENSIS heroicus ille animus, præcipua atque innata gratia.*

*Serua, o adorandum numen! incolumes serua faustos atque felices COMITES ILLVSTRISSIMOS, et ad vltima tempora vitam differ, deuotæ spei, letantis de faustis diebus patrum, patriæ succedens votis*

VOBIS  
ILLVSTRISSIMI  
S R I COMITES  
GRATIOSISSIMI COMITES  
AC DOMINI

subiectissimus  
Io. Philipp. Guil. Luck.



## ADDITAMENTA.


- I. Legitima, summum imperium consequendi, ratio postulat, ut populus consentiat.
- II. Solo bello nulla legitima potestas in victos acquiritur; sed populi consensu ac iustis rationibus, propter quas illud susceptum est.
- III. Quare nec bellum inter modos originarios, dominium sibi comparandi, ubi caute et adcurate loqui volumus, locum obtinet.
- IV. Tyranno, quia promissis non stat, iure supremum imperium aufertur.
- V. Eodem nomine et princeps ei, cui feudum commisit, illud adimere potest.
- VI. Vxorem mariti imperio subiectam esse, naturæ leges non docent.
- VII. Pœna in bruta non cadit.


NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
IO. PHILIPP. GVIL. LVCKIO

S. P. D.

M. CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHIVS

Quum iam in publicam lucem prodire atque egregii ingenii TUI vim ac præclaram eruditionem, quam TIBI per caelestem gratiam et perpetuam exercitationem comparasti, solemni ratione aliis explicare, decreuisti, omnes sane, qui TIBI bene cupiunt, in gratulandi partes veniunt ac latissimum animum de fortunato rerum TVARVM statu TIBI significant. Nec possum; quin locum principem in his mihi vindicem atque hoc mei erga TE studii constituam monumentum. Quodsi enim reputo, TE sapientem litterarum ingressum esse rationem et sanctiori disciplinae in nostro musarum domicilio operam TVAM ita consecrasse, vt elegancia illius specimina in lucem proferres, maximum sane habeo argumentum, de eximiis ingenii TUI ornamentis latendi et singularem ex eo capiendi voluptatem, quod me doctissimi certaminis, nunc instituendi, comitem ac TVAE laudis, quæ ex eo in TE redundabit, testem et spectatorem esse, volueris. Facio ergo, quam TIBI debeo, gratulationem: felicitatem TVAM in recto litterarum cursu prædico ac castissima mente deum precor, velit caelesti sua benignitate TE complecti et corporis atque animi viribus seruare florentissimum eaque omnia TIBI largiri, quibus vera ac solida hominum prosperitas absoluitur. Efficiat, vt et christiana ciuitati; et patriæ TVAE vberimos doctrinæ ac virtutis TVAE fructus adferas hocque modo diuinam gloriam amplificare et aliorum saluti consulere queas; laudum vero TVARVM in dies fiant maiores accessiones. Quod reliquum est, vt mihi porro faueas, rogo ac obtestor meumque animum, ad quæuis officia, TIBI præstanda, promptum ac paratum, profiteor. Age feliciter.  
Ienæ d. ix. decembr. anno gratiæ diuinæ, generi humano reconciliatæ, M DCC XXXXVI.





DISSERTATIO  
DE  
**OT T O N E M A G N O**  
ITALIAE REGE AC ROMANORVM  
IMPERATORE.

Σ Τ Ι Ν Ο Ψ Ι Σ .

**E**XPOSITA tractandi ratione  
§. I.

Primum euenta referuntur, hoc  
dicendi ordine, ut orationis ini-  
tium a turbis, quas Berengarius  
seculo x. in Italia excitauit,  
ducatur §. II-V.

Postea de prima Ottonis expeditio-  
ne in Italiam agatur, qua sibi  
eam subiicit: Adelheidam du-  
xit uxorem §. VI.

Ac, breui interposito tempore, Be-  
rengarium in tutelam recepit  
ipsique Italiam feudi loco com-  
misit §. VII.

Porro secunda expeditio, per sili-  
um Ludolphum facta, refera-  
tur §. VIII.

Ac subiiciatur, illo mortuo, Otto-  
nem ipsum suscepisse iter in Ita-  
liam, quod tertiae expeditionis  
nomen in annalibus accepit;  
nec solum imposta corona fer-  
rea, regem Italiae; sed solemn-  
etiam ritu imperatorem augu-  
stum declaratum fuisse §. IX.

Deinde ex his varia, quae in-  
primis ad historiae Germanicae  
cognitionem spectant, inferun-  
tur §. X.

Denique probatur, Ottonem tam  
Italiae regnum §. XI.

Quam imperatoris dignitatem non  
sibi soli et familiae; sed omni Ger-  
maniae adquisuisse et circum-  
que aeterno vinculo cum Ger-  
mania regno coniunxisse §. XII.

A Non

## §. I

**N**ON suauiſſima ſolum; ſed etiam ſancta bonis omnibus eſt recordatio Ottonis *primi*, qui Saxonum gloriam inſigniter au- xit, factisque et nomine Carolum magnum æquauit, quum Italiae regnum, quod Caroli poſteris ereptum erat, multa vir- tute ſibi vindicaret et auguſto imperato- ris titulo exornatus, Germania priſtinum decus ac perpetuum ſplendorem reſtitueret. Quod quum Germa- no nomini glorioſum ſit et inter res geſtas Ottonis præ- cipue emineat; nec exiguam omni hiftoriae Germanicæ lucem adferat, erectiori animo cepi conſilium, ſtudia mea in explicando hoc præclaro argumento collocandi et notatis temporum rationibus, quemadmodum Ita- liae regnum conſequutus ſit Otto ac Romanum impe- rium ſibi adquiſiuerit, pro leuioris ingenii facultate ex- ponendi. Commentandi eum tenebo ordinem, vt pri- mo loco euenta candide referam ac grauiffimorum ſcri- ptorum teſtimoniis confirmem, qui cum Ottone aetate coniuncti; ſaltem eo haud longe fuerunt inferiores. Deinde de ciuili rerum uſu diſpiciam et dicam, quid de Saxonis noſtri conſiliis eorumque cauſis ſtatui queat, ac de iis maxime diſceptabo, quæ ad tuendam Germa- niæ noſtræ dignitatem pertinent. a)

## §. II.

a) in deſcribenda Ottonis vita *intrad. in hiſt. eccleſiaſt. cap. xxiv.* rebuſque illius perſequendis multi *ſ. 32. p. 622.* atque illuſtris vir, operam ſuam poſuerunt, quorum CHRISTIANVS GOTTLIEB, BU- notitiam CASP. SAGITTARIVS in DERVS in *biblioth. hiſtoric. Stru- uii*

## §. II.

Quam singulari virtute, Desiderio victo et everso Longobardorum regno, in suam potestatem Carolus magnus redegit, Italiam cum Romano imperio per longum temporis spatium Franci tenuerunt et constanti usi sunt felicitate, antequam socordiae et domesticis dissidiis sese darent. Insignis sane ignaviae et incautae vanitatis exemplum constituit Carolus calvus, quum Bosonem Italiae ducem crearet eique Mediolani sedem quasi regiam collocare, permetteret et Guidoni Spoletum; Berengario autem, qui *primi* adpellatione a nepote suo in annalibus discernitur, forum sulium nomine suo regendum adtribueret, imprudenti consilio, ut regibus ac principibus imperare videretur. Etenim hoc

A 2

modo

*iii tom. i. p. 905. suppeditant: adde auctorem biblioth. Brunsvic. Luneburg. cap. iii. sect. 4. p. 25. sq. Praeter eos, qui omnem Germaniae historiam tradiderunt, quorum nostra aetate STRUVIUS, HAHNIUS et KOEHLERUS principes sunt, in primis commendandi sunt: IO. HENRICVS BOECLERUS, cuius *historia seculi noni et decimi in operibus eius, iunctim editis, tom. III. reperita est: IO. CONR. DIETERICVS, qui dissertationem de Ottone magno exaravit eamque vna cum nonnullis aliis sub inscriptione: imperatorum Germanicor. Saxon. familiae histor. augusta, Giesse ann. MDCLXVI. iterum in lucem emisit, et vir illustris, IO. IACOB. MA-**

*scovius, qui libr. II. comment. ar. de rebus imperii Romano-Germanici a Conrado I. usque ad obitum Henrici III. eleganter atque erudite res, ab Ottone gestas, enumeravit. Doctissimum opus Lipsiae ann. MDCCXLI. lucem aspexit. His adiungi possunt: CASPAR CALVOERIVS, qui in *Saxon. infer. part. IV. libr. I. cap. 5. multa de Ottonis vita commentatus est; nec tamen cauti atque adcurati scriptoris laudem tuetur: IO. BASIL. DE GLEICHENSTEIN in *Gorb. diplomat. tom. V. lib. 2. cap. 16. sqq. p. 41. et auctor der Sechsstehen Merckwürdigkeiten libr. II. class. I. cap. 2. p. 117. atque alii, qui Saxoniae antiquitates enarrarunt.***

modo æque fundauit et stabiliiuit eorum potentiam; ac Francorum in Italia imperium, maiorum sanguine partum conseruatumque, turpiter ipse labefactauit et Italiae grauissimum adtulit periculum, quum omnium turbarum, quæ posthæc ibi concitatae sunt, origo inde repetenda sit. Ex eo tempore Francorum res in Italia prolapsas esse, consentiunt historiarum scriptores, maxime quum Carolus *crassus* iusto tempore medicinam non adferret. Simulac is ex hac vita discessisset, et Guido et Berengarius, quorum iam facta est mentio, de occupando Italiae regno cogitarunt ac collatis armis per aliquod spatium de principatu dimicauerunt, donec Guidoni Berengarius victus cederet. Nec Arnulphus, qui communi principum sententia Germaniae rex constitutus erat, quum iusto serius Romam veniret et imperatoris nomen susciperet, omnia componere et pacata efficere potuit; nec insidiis quidem restitit, quas Longobardi, imperium alienum indigne ferentes, ipsi parauerant; sed hausto poculo, repentino sopore oppressus et quasi mentis expers ex Italia discessit. Quo factum est, vt Italia funestissimis bellis flagraret; nec modo Italici principes, Guido, Lambertus et Berengarius vterque; sed etiam peregrini ac vicinarum nationum domini, Ludouicus Arelatenfis, Rodolphus Burgundio, Hugo eiusque filius, Lotharius, Arelatenfes certatim regnum occuparent, partim armis ac propria virtute; partim procerum fauore et beneuolentia ad eos delatum, inter quos primo loco nominanda est Tusculanorum gens, omnium scelerum ac libidinum maculis notissima. b)

§. III.

b) quum ea, quæ iam enarra- adferant cohaerantque cum argu- ui, Ottonis rebus insignem lucem mento nostro, visum fuit, stri- ctim

## §. III.

Inprimis Berengarius *secundus* c) seculo post salutarem virginis partum decimo omnia turbavit et immani sua crudelitate, qua in omnem Italiam saevit, id consequutus est, vt tyrannis iure suo adnumeretur. Erat is Eporedia marchio, quem Berengarius *primus* ex Gisela filia susceperat; patre vero utebatur Adelbert. d) Diuitiis et opibus, quibus adfluebat, multam sibi adquisiuit existimationem; nec modo Hugo

A 3

rex

Atm ista persequi; nec lubet, ea latius deducere; aut nominare scriptores, quorum fidem sequutus sum. Qui plura desiderant, ablego eos ad CONR. SAM. SCHVRFLEISCHIVM *diff. de diuis. imperii Carol. §. Liv. sqq. p. 897. oper. historic. politic. IO. GVIL. AB IMHOF in histor. Ital. et Hispan. genealog. p. 4. sqq. VAL. ERN. LOESCHERVM in der Historie des Römischen Hertenregiments*, qua singulas res, in Italia seculo IX. et X. gestas, multo studio exposuit: IO. DAVID. KOEHLERVM in *der teutschen Reichshistorie* p. 74. sqq. vt de CAROL. SIGONIO, ERYC. PVTEANO, CAES. BARONIO, ANT. PAGIO, LVD. ANTON. MVRATORIO aliisque, qui tritissimas Italiae vicissitudines explicarunt, sileam. De iis, quae nominatim de Arnolpho monui, fufius ac diligenter egit vir celeberrimus, CHRISTIAN. GOTTL.

SCHWARZIVS, in eleganti *diff. de histor. Arnolphi imperat.* quae Altorfi ann. MDCCXXXIV. prodiit.

c) Berengario huic *secundi* nomini omnes historici imponunt; nec leuem numerandi errorem LEO Vrbenetanus admisit, quum Berengarium nostrum quartum esse, adfirmaret; tres vero Berengarios ante eum regnum tenuisse fingeret, quamuis ad vnum omnes consentiant, eundem Berengarium, fori Iulii ducem, bis regno expulsum et tertium regem fuisse constitutum, in *chronic. imperator.* quod IO. LAMIUS *rom. III. delic. eruditor.* primus iuris publici fecit, p. 48. Prater Leonem, ZVCCHIUS, BONINCORTIVS, et alii recentiores rerum Italicarum scriptores in eodem errore versati sunt.

d) testis est LVITPRANDVS *de reb. imperat. et regum, libr. II. cap. 15. p. 43. oper. edit. HIERON. DELA HIGVERA: adde libr. V.*

rex a potentia eius metuit periculum; sed despondit etiam illi fratris sui, Bosonis, filiam, Villam, vt perpetuum constantemque illius fauorem sibi conciliaret. e) Sed sefellit cum spes, quum Berengarius clandestinis consiliis operam daret ac cum fratre suo, Anscario, quem incauta liberalitate Hugo Camerinorum et Spoletanorum ditionibus auxerat, vitæ ipsius collocaret insidias atque, ne cum Anscario easdem perfidiæ pœnas perferret, ad Hermannum, Alemannorum ducem, confugeret. Commendauit is illum Ottoni regi diligentius atque effecit, vt Otto legatis Hugonis ingenue confiteretur, se Berengario nec fidem; nec tutelam vnuquam esse denegaturum. f) Postquam ibi per aliquod spatium commoratus esset, exploratis Italorum animis et cognita procerum voluntate, redeundi consilium cepit et auspiciato exsequutus est. g) Quum aduenisset, Itali, quos luxuria Hugonis eiusque effrenata libido et initum cum

libr. v. cap. 2. p. 90. CAROL. SIGONIVM de regno Italia libr. iv. cap. 4. p. 72.  
 vi. p. 159. IO. GVIL. AB IMHOFF in f) legas hanc in rem eundem  
 hist. Ital. et Hispan. genealog. p. II. LVITPRANDVM, libr. v. cap. 5.  
 199. VAL. ERN. LOESCHERVM p. 94. ALBERICVM monachum  
 in der Einleitung zur hist. medii trium fontium, chronic. ad ann.  
 dii cui, quam libro memorato DCCCXLI. apud GODFR. GVIL.  
 subiunxit, p. 190. HENR. MEI- LEIBNITIVM, accession. historic.  
 BOMIVM not. ad Witticbind. tom. II. p. 277. annal. istam Saxo-  
 I. scriptor. rer. Germ. p. 695. IO. nem, quem IO. GE. ECCARDVS  
 ANN. DAV. KOEHLERVM in ab interitu vindicauit, tom. I. cor-  
 exercit. de famil. august. Carolin- por. hist. medii cui p. 297. et  
 gie. tab. v. num. 21. 199. p. 68. SIGEBERTVM Gemblacensem  
 69. et SAM. LENZIVM in der chronograph. ad ann. DCCCXLI tom.  
 historisch. genealog. Vaterbuch. tab. I. script. rer. Germ. Pistorii p. 58.  
 XXIV. §. 15. p. 164. g) conferas LVITPRANDVM  
 libr. v. cap. 8. p. 96.



cum Marozia matrimonii fœdus *b*) facile ab illo abalienarunt, se ad Berengarium contulerunt *i*) ac quamvis deinde Lotharium, Hugonis filium, creassent regem, *k*) ipsamque Hugonem summopere obsecrassent essentque obtestati, ut declinaret a proposito et mutaret, reuertendi in Burgundiam, voluntatem; *l*) nihilominus omnes consentiunt, Berengarium, regia quasi dignitate conspicuum, omnem habuisse imperandi potestatem, solo regis nomine Lothario relicto, *m*) quem ipse pater,

*b*) hac de re LVITPRANDVS testatur *libr. III. cap. 12. p. 64. 65.* et ALBERICVS *chron. p. 269.* ad das venerandum VAL. ERN. LÖESCHERVM in *der Histor. des Römischen Hurenregim. libr. 11. §. 17. p. 54.*

*i*) referunt id LVITPRANDVS *libr. v. cap. 12. p. 108.* et ALBERICVS *diſt. loc. p. 284.*

*k*) copiose hæc enarrauit memoratus præsul Cremonensis *libr. v. cap. 13. p. 102. sqq.* Strictim rem adigit FRODOARDVS, qui inter duodecim *annalium et historia Francorum scriptores*, a PETRO PITHŒO iunctim in lucem emissos, locum obtinet: *Hugo quoque rex Italie, inquit, regno depulsus a suis et filius ipsius in regnum susceptus est, in chronico. p. 163.* Hugonem vero iam antea filium in regni societatem vocasse, constat. Retulit hæc euenta FRODOARDVS ad annum, post

salutarem virginis partum, DCCCCXLV. aduersantur vero ei et ALBERICVS *diſt. loc. p. 284.* et SIGEBERTVS *Gemblacensis chron. ad ann. DCCCCXLVII. p. 581.* atque illa anno XLVII. eiusdem seculi contigisse, grauius adfirmant; nec fateri piger, supputandi rationem, quam isti scriptores inierunt, licet FRODOARDO inferiores sint ætate; nihilominus veritati esse similiorem; nec solum ea omni rerum, quæ subsequuntur sunt, nexui consentanea est; sed patet etiam omnesque consentiunt, qui FRODOARDI monumenta diligentius expenderunt, eum sæpenumero in definiendis annorum numeris lapsum esse ac temporis rationes mirifice perturbasse.

*l*) testes sunt LVITPRANDVS *diſt. loc. & FRODOARDVS ad ann. DCCCCXVI. p. 164.*

*m*) LVITPRANDI locus notabilis est: *quamquam inquit, ite-*

1410

ter, breui interposito tempore, deseruit seque in Arlatum recepit *n*) atque ibi in monasterio, ab eo exstructo, vitam finiuit. *o*)

## §. IV.

Lotharius, cuius iam feci mentionem, in matrimonio habuit *Adelheidam*, quam inprimis hoc loco commemorandam esse censeo, quum præcipuam lucem argumentum nostrum ex historia illius recipere debeat. *p*) Pater ei erat Rodulphus, Burgundiæ; siue Galliæ

*rato reges Hugonem atque Lotharium Ital. susciperent; Berengarium tamen nomine solum marchionem; potestate vero regem: illos vocabulo reges; actu autem neque pro comitibus habebant, libr. v. cap. 14. p. 103. adde ALBERICVM chronic. ad a. DCCCCXLVIII. p. 285. et SIGEBERTVM Gemblacensem chronogr. ad ann. DCCCCXLVIII. p. 581. et annalistam Saxonem ann. DCCCCXLVIII. apud IO. GE. ECCARDVM tom. 1. corp. hist. med. aui p. 279.*

*n*) testantur de fuga Hugonis grauissimi scriptores, quos sæpius iam memorauimus, LVITPRANDVS *dict. loc. p. 104.* ALBERICVS *chronic. p. 284.* SIGEBERTVS *Gemblacensis p. 581.* quibus addas LEONEM *Ostiensis chronic. monast. Cassinens. libr. 1. cap. 61. p. 204.* cedit. ANGELI DE NVCE.

*o*) tradiderunt hoc FRODOARDVS & LEO *Ostiensis locis memoratis.*

*p*) non lubet, varias *Adelheide* nomen scribendi rationes, quæ in antiquis libris deprehenduntur, commemorare. Rerum, quæ ad eam pertinent, princeps grauissimusque testis est ODILO, monasterii Cluniacensis abbas, qui sæculo, post reparatam gratiam cælestem, decimo floruit ac præter alia ingenii monumenta, *vitam S. Adelheidis imperatricis* ad nos transmissit. Quamuis pro ætatis, qua vixit, ratione superstitiosis opinionibus nimium addictus fuisse videatur; nihilominus haud spernendum esse existimo scriptorem, cui vel eo nomine multa tribuenda est fides, quod ætate cum *Adelheida* coniunctus eique in extremo vitæ die præsto fuerit. Quæ de *Adelheida* reliquit literis consignata, non modo LAVR.

SVRIVS

Galliæ Iuranæ et Cisalpinæ, cum qua postea prouinciam quoque Arelatensem coniunxit, regulus, deinceps Italiæ rex, contra Berengarium creatus: q) mater Bertha, illustrissimo loco nata et a Burcardo, Alemanniæ duce, principe forti ac Germanicis originibus haud indigno,

B

digno,

SVRIVS in *acta martyrum*, in vnum vastumque corpus collecta, transtulit; sed exhibent ea quoque HENR. CANISIVS *lection. antiqu.* tom. III. p. 73. edit. IAC. BASNAGII et GODFR. GVIL. LEIBNITIVS in *scriptor. rer. Brunsvic.* tom. I. p. 262. Legas de eo IAC. BASNAGIVM *tom. III. lect. antiqu. Canis.* p. 71. IO. ALB. FABRICIVM *bibliothec. latin. mediæ et infimæ ætat. vol. V.* p. 448. IO. MABILLONIVM in *annal. ordin. Benedict.* tom. IV. p. 370. et 498. sqq. Doctissimi monachi, qui in Gallia ad Benedicti leges vitæ suæ rationem componunt, in *histoir. litter. de la France* tom. VI. p. 601. grauitèr OLDONI conatus adculant, Siluestro, Romano præfuli, Adelheidæ vitam vindicandi.

q) quæ de Adelheidæ origine diximus, innituntur testimoniis LVITPRANDI *libr. IV. cap. 6.* p. 75. HROSWITHAE *panegy. in Otton.* p. 193. *oper.* edit. SCHVRZFLEISCHII, HERMANNI *conrtracti chron. ann. DCCCCLII.* apud HENR. CANISIVM *tom. III.*

*lect. antiqu.* p. 259. *monachi Hamerslebiensis* apud GODFR. GVILIELM. LEIBNITIVM *scriptor. rer. Brunsvic.* tom. I. p. 708. CONRADI A LICHTENAV *chron.* p. 208. *chronographi Saxonis*, cuius chronicon laudatus LEIBNITIVS primus in lucem produxit publicam, *tom. I. access. hist.* p. 160. *annalist. Saxonis ann. DCCCCLIX.* p. 279. edit. ECCARDI *tom. I. corp. hist. med. æni.* et ALBERICI, *monachi trium fontium, chron. ann. DCCCCLIV.* p. 288. His addas ex recentiorum numero: HENR. MEIBOMIVM *not. ad Witichind.* tom. I. *script. rer. Germ.* p. 659. CAROL. LVDOV. TOLNERVM *obseruat. in cod. diplomat. Palatin.* eiusdem *historiæ Palatine* subiunctum, p. 19. GODFRID. GVIL. LEIBNITIVM in *introd. in tom. I. scriptor. rerum Brunsvic.* §. 21. IO. FRID. PFEFFINGERVM in *Vitriar. illustrat. libr. I. tit. 2. §. 12. tom. I.* p. 231. IO. CHR. HARENBERGIVM *hist. eccles. Gandersb. diplom. diss. III.* p. 630. De Germanicæ historiæ scriptoribus

B

digno, r) procreata: s) frater Conradus, t) paterni regni heres. Patre eius mortuo, Hugo, quem Itali, leuis atque inconstantis ingenii homines, sibi regem constituerant, præclarum prudentiæ suæ dedit specimen, fœdus sanctissimo nuptiarum vinculo firmandum esse, censeret; nec ipse solum Bertham vxorem duceret; sed etiam Adelheidam, omnibus sexus sui decoribus ornatissimam, filio suo, Lothario, quem in regni societatem adsciuerat, sapienti consilio adxingeret. u) Quæ quum

r) Burcardus ferocis ingenii erat; nec exiguam fortitudinis laudem sibi adquisiuit. Quemadmodum Alemanniam obtinuerit, explicarunt præfati scriptores, laudati a IACOBO CAROLO SPENERO in *histor. German. vniuersal. tom. 1. libr. 4. cap. 4. §. 10. p. 302.*

s) Bertham Adelheidæ nostræ matrem esse, multa suppetunt scriptorum testimonia, quæ paullo ante indicauit. Id vnum addo, SAM. GVICHENONEM in *bibliotheca Sufiana*, quam CHRIST. GODFR. HOFFMANNVS in *nou. script. ac monument. collect. tom. 1. iterum edidit*, p. 27. exhibere Berthæ nostræ diploma, in quo aperte Adelheidam *filiam suam* nominauit. Eam secundis nuptiis cum Hugone fuisse coniunctam, in contextu commentationis meæ notabo.

t) legas FRODOARDVM *chronic. p. 183.* EKKEHARDVM *in-*

*norem de casibus monasterii S. Galli cap. v. p. 34. edit. MELCHIOR. GOLDASTI tom. 1. scriptor. rer. Alemannic. addas 10. FRIDER. PFEFFINGERVM dict. loc. p. 244. sqq.*

u) de vtriusque matrimonii fœderetestes habemus grauissimos: CONSTANTINVM *porphyrogenetam de administrat. imp. cap. 26. p. 63. edit. MEVRSII: LVITPRANDVM libr. iv. cap. 6. p. 75. ODILONEM Cluniacensem in vita S. Adelheid. cap. 1. p. 73. ed. CANISII: DOMNIZONEM in vita Matildis, apud LEIENTIVM scriptor. rerum Brunsvic. tom. 1. p. 634. HROSWITHAM in panegy. p. 193. LEONEM Ostiensem in chron. S. monast. Casinens. libr. 1. cap. 61. p. 204. HERMANNVM contractum in chron. p. 259. monachum Hamerslebiensem dict. loc. p. 708. OTTONEM Frisingensem libr. vi. cap. 19.*

quum certis atque incorruptis historiæ monumentis ad nos delata sint consentiantque præstantissimi harum rerum scriptores, Lotharium primum Adelheidæ maritum fuisse, grauitè sane et moleste fero, WITICHINDVM *Corbeiensè*, x) DITMARVM *Merseburgensè* y) et SIGEBERTVM *Gemblacensè*, z) spectatæ

B 2

cap. 19. p. 128. edit. CHRIST. VERSTISII tom. 1. *Scriptor. rer. Germanicar.* ALBERICVM, *monachum trium fontium, chronic.* p. 238. *chronographum Saxonem* p. 160. GOTHOFREDVM *Viterbiensè* *chron. part. xvii.* p. 475. tom. II. *Scriptor. rer. Germanic. Pistorii.* CONRADVM ALICHTENAV *Vrspergensè* *chron.* p. 208. adde CAROLVM SIGONIVM *de regno Italiae libr. vi.* p. 259. VAL. ERN. LOESCHERVM *in der Histor. des Römischen Hurenregiments, libr. II. §. 20.* p. 58. Quum restituta pace, ann. DCCCXXX. Hugo cum Rodulpho faceret pactionem, præcipue fuisse sancitum, vt Adelheida Lothario collocaretur in matrimonio, narrant quidam recentiores rerum Burgundiæ Prouinciæque scriptores, auctore ANTON. PAGIO *critic. in Baronii annales tom. III.* p. 827. Res tamen ipsa dubia mihi atque incerta videtur, maxime quod vetustiores scriptores, qui conditiones, inter Rodulphum Hugonemque initas, enumeratè, silentio communi illam prætermittere, reperi. Adel-

heida Lothario nupsit anno, postquam gratia diuina hominibus reparata fuit, DCCCXXXVIII. Isto anno certe scriptæ sunt literæ dotales, quas se in tabulario monasterii Ticinensis, Benedicti legibus adstricti, vidisse, IO. MABILLONIVS testificatur in *titul. Italic. tom. I.* p. 222. ALBERICVS in *chronic.* p. 272. definit annum DCCCXXXVI. Iusto longius vero ODILLO recedit a veritate, quando Lotharium anno tertio, postquam Adelheidam duxerit, diem supremum obiisse, affirmat. Maxime enim vero simile est, obitum Lotharii referendum esse ad annum quinquagesimum. Quæ in *chron. Noualiensi* de Adelheida, ab Hugone stuprata, leguntur, nullo, quantum scio, scriptorum suffragio confirmantur.

x) *annal. libr. III.* apud HENR. MEIBOMIVM *Scriptor. rer. Germanic. tom. I.* p. 652.

y) *chron. libr. II.* p. 331. edit. LEIBNITII *tom. I. Scriptor. rer. Brunsvic.*

z) *chron. ad ann. DCCCCLIV.* p. 582.

cretae fidei viros, in tanta familiarum ignoratione versari, ut Adelheidam nostram Ludouico nupuisse, tradant; nec, quantum coniectura adsequi possum, Lotharium nostrum et Ludouicum III. Bosonis filium regemque Italiae, Berengario oppositum, discernant distinguantque. Nec tamen constans fuit Lotharii Adelheidæque coniugium arctissimumque vinculum, quo continebantur, breui interposito spatio, postquam Hugo in Arelatensem regionem se recepisset, immatura Lotharii morte disruptum fuit et dissolutum. a)

§. V.

a) de mortis genere non conveniunt scriptores. Prodidit quidem HROSWITHA hæc:

*interea rex Italicus grauido Lotharius*

*infectus morbo mundo discessit ab isto,*

*panegy. p. 193. oper. ed. SCHURZFLEISCHII, et LEO Ostiensis:*

*Lotharius deinde post quatuor ferme annos in subitam frenesim incidens, ultimam diem explevit, chron. Cassinens. p. 204. nihilominus maxima recentiorum scriptorum pars FRODOARDO adferuntur, qui haud dubitanter ita Berengarium in necis suspensionem vocat: Berengarius quidam princeps Italiae, veneno, ut ferunt, necato Lothario rege, Hugonis filio, rex efficitur Italiae, chron. ad ann. DCCCCL. p. 181. Quo anno hæc contigerint, certo definire, non audeo. FRODOAR-*

*DVS adscribit ea anno seculi decimi quinquagesimo cumque præter BARONIUM, ANTON. PAGIUS critic. in anal. Baron. tom. III. p. 855. sequitur & prouocat ad chronici Noualiciensis, quod ANDR. QVERCETANVS tom. III. scriptor. rer. Francicar. iuris publici fecit, p. 636. scriptorem. Quibus aduerlantur CAROL. SIGONIUS de regno Italiae libr. VI. p. 262. et qui Sigonium ducem sibi ac magistrum elegit, VALERN. LOESCHERVS in der Historie des Römischen Hurenregim. libr. III. §. I. p. 68. definiuntque annum DCCCXXXIX. Quantum coniectura adsequi, licet, supputandi ratio, a FRODOARDO inita, veritati et omni historiae nexui magis consentanea est. Ut ita sentiam, efficit potissimum chronici regum Italiae fragmentum, quod LVD. VIC. ANTON. MYRATORIVS in*

*anec-*

## §. V.

Simulac is e viuis esse desit, omnia perturbata sunt atque Italia in extremum discrimen adducta est. Cuius rei causæ mihi aperiendæ sunt diligenter, vt conuersæ fortunæ regnique, ad Ottonem nostrum delati, ratio manifestius perspiciatur. Berengarium in locum Lotharii, vita functi, ab Italiæ proceribus *b*) substitutum fuisse, præstantissimi æui illius scriptores *c*) tradunt

B 3

dunt

*anecd. tom. II. p. 204.* primus in lucem publicam protulit. In eo enim hæc leguntur: *post decessum ipsius Vghonis regnavit ipse Lotharius annos III. expletos et menses III. et dies II.* Hæc que non solum LEONIS *Ostiensis* testimonio, paulo ante recitato, munitur; sed etiam in alio chronico, ab eodem viro celeberrimo *dict. loc. p. 205.* edito, adfirmatur, Lotharium regnasse tres annos. Manifestum enim est, vtrumque idem spatium cum prioris chronici auctore designare, licet minus accurate numerum definiant; ALBERICVM vero falli, quando scribit: *duobus annis imperasse, adnotatur Lotharius, Hugonis filius;* nihilominus in eo consentit, Lotharium ann. CML. vita decessisse, *chron. ann. DCCCCXVIII. p. 285.* Quæ quum ita comparata sint; nec minus, vi supra observauimus, vero simile sit, initium regni Lotharii ad ann. DCCCCXLVII. pertinere, adparet, mortem eius contigisse anno DCCCCI.

*b*) Italiæ proceres habuisse ius potestatemque, regem sibi constituendi, ex iis, quæ iam enarraui, abunde patet; nec deerit locus atque occasio, luculentis id exemplis vberius confirmandi. Euoluas CONRAD. SAM. SCHVRFLEISCHVM *de iure augusti in Italiam §. 3. p. 878. oper. hist. polit.* LVDOVIC. ANTON. MVRATORIUM *diff. de imperat. Roman. et regum Ital. electione,* quæ exstat *tom. I. antiqu. Ital. medii æui, p. 77.*

*c*) in eorum numero sunt WITICHINDVS *annal. libr. III. p. 652.* FRODOARDVS *chronic. p. 181.* scriptor *chronici regum Italiae,* apud LVD. ANTON. MVRATORIUM *anecd. tom. II. p. 204.* ODILO *vit. Adelheid. cap. II. p. 75.* ARNVLPHVS, scriptor seculo XI. clarus, in *gest. Mediolan. libr. I. cap. 4. p. 3.* edit. BYRMANNI *tom. IV. part. I. thesaur. histor. Ital. auctor chronici Nouatic. apud DV CHESNE script.*

dunt confirmantque diplomata, *d*) ex quibus patet, Berengarium regni sui annos numerandi fecisse initium, postquam Lotharius vitam cum morte commutasset. Nihilominus *DOMNIZO e*) grauiter monet, factum id esse contra Adelheidæ voluntatem; *HROSWITHA f*) vero eodem consilio testatur, Berengario a parte plebis, eaque

*scripse. rer. Franc. tom. III. p. 636.* Berengarium Ticini accepisse coronam, obseruant viri summi, *LVD. ANT. MVRATORIUS* de *corona ferrea cap. VI. tom. 2. auctor. p. 284.* et *IVSTVS FONTANINVS* de *corona ferrea cap. IV. §. 6. p. 22.* edit. *BERMANNI tom. IV. part. I. thesaur. antiquitat. et histor. Ital.*

*d*) facili negotio id perspici potest ex clausula diplomatis, quo Berengarius eiusque filius, Adalbertus, se ecclesiæ Mutinensi Aueretum donasse, testificati sunt. Exhibet istud *FERDIN. VGHELLVS Ital. sacr. tom. II. p. 104.* Similes chartas adferunt *CAR. SIGONIVS* de *regno Ital. libr. VI. p. 163.* et *LVD. ANT. MVRATORIUS* in *antiqu. Ital. medii æui tom. I. p. 59. et 909.* adde *GODFR. GVIL. LEIBNITIVM* not. in *Domniz. tom. I. script. rer. Brunsvic. p. 694.*

*e*) in *vita Mathildis*, quam *LEIBNITIVS* inter *scriptores rerum Brunsvic.* retulit, *tom. I. p. 632.* Quem dum excito, monere liceat, quod consulto scriptorem *vite*

*Mathildis*, quam *LEIBNITIVS* *Domnizonis* opusculo subiunxit, silentio præteream; nec lubet, fateor, illius vniquam facere mentionem, licet ea adtingat, quæ nunc persequor. Patet enim, eum tantummodo ligatam *DOMNIZONIS* orationem in solum sermone mutasse; nec inficiatur id *LEIBNITIVS* in *introduc. num. XLI.*

*f*) *panegy. Otton. p. 193. oper.* Verba eius sunt:

*pars quadam plebis fuerat, que retro rebellis menteque peruersa propriis dominis inimica, restituit Berengarii regnum ditioni.*

Fari modo *DITMARVS* *libr. II. p. 331.* et *HERMANNVS contractus kronic. p. 259.* Berengarium regni inuasi; *ALBERTVS* vero *Stadenfis* in *chron. p. 216.* usurpati adculant atque *LEO Ostiensis* loco, sæpius commemorato, Berengarium non regem; sed *agentem regem* adpellat, haud obscure significans, se istum pro rege, iuste et legitime creato, non habere.



eaque rebelli, impia, iustis dominis infesta, regnum fuisse commissum. Hic, quum regiam potestatem obtineret crederetque, se ab omni periculo tutum atque immunitem esse, nefanda scelera admisit; nec exigua immanis crudelitatis inauditaque violentiæ, superbiæ, auaritiæ dedit exempla atque inusitato more in Italiæ viscera fudit. g) Inprimis Adelheidam summopere adlixit, h) intemperanti Ticini potiendi cupiditate ductus, quod Lotharius ei dotem dixerat. i) Quum enim ea constanter praviæ illius voluntati resisteret; nec probari sibi consilium de coniugio Adalberti, declararet, k) quæ astutia haud valebat, armorum vi efficere ac consequi studuit.

g) testes sunt: HROSWITHA WITHAM *dict. loc.* p. 193, 194. *cit. loc.* p. 193. ALBERTVS *Stadensis chronic. ann.* DCCCCLXIX. p. 216. edit. KVLPISEI, quam AENEAE SYLVII *histor. Frideric. III.* subiecit: GOTTF. *Viterbiensis chronic. part. XII.* p. 417. apud PISTORIVM *tom. I. scriptor. rer. German.* OTTO *Frisingensis libr. VI. cap. 19.* p. 128. IOANNES *Auentinus in annal. Boior. libr. V. cap. 2. §. 3.* p. 475. edit. GVDLINGII.

h) notabilis est locus ODILONIS *Cluniacensis: indecenter, inquit, innocens capta: diuersis angustata cruciatibus: capillis caesarie detractis: pugnis frequenter agitata et calcibus, vna tantum comite famula, ad vltimum tetrus inclusa carceribus, vira Adalb. cap. II.* p. 75. adde HRO-

SWITHAM *dict. loc.* p. 193, 194. DITMARVM *libr. II.* p. 331. et *Saxonem annalium* auctorem, quem IO. GE. ECCARDYS in *lucem* emisit, *tom. I. corp. histor. medii aui* p. 279.

i) obseruauit id CAROL. SIGONIVS *de regno Italia libr. V.* p. 262. ANTON. PAGIVS *in critic. in annales Baron. tom. III.* p. 856. et IO. FRID. PFEFFINGERVS *in Virriar. illustrat. tom. I.* p. 312.

k) antiquiores scriptores, quantum ego quidem scio, propositum hoc Berengarii silent. SIGONIVS, nescio cuius auctoritate adductus, commemorauit id in annalibus suis; nec dubitarunt, qui post eum in enarrandis his rebus studia sua collocarunt, fidem eius sequi.

studuit. Nec occupavit modo Papiam; *l*) sed cepit etiam reginam *m*) eamque in arce Garda, *n*) ad lacum Benacum posita, custodiæ tradidit *o*) cōiecitque in vincula *p*) et in iis cum vna ancilla et Martino monacho *q*) per quatuor fere mensium spatium detinuit. *r*) Profugit tamen ope Martini, iam memorati, *s*) seque Adelardo

*l*) tradidit hoc idem SIGONIVS *Papia ciuitate in quodam cœnaculo vi oppressa et in diuersis coangustata calamitatibus.* Is, qui REGINONIS annales latius protulit, p. 78. et *chronographus Saxo* p. 160. apertis conceptisque verbis testantur, Ottonem Adelheidam a vinculis et custodia liberasse. Sed istos perturbare nexum historiæ, infra monendi locus erit.

*m*) testis est DOMNIZO *vii. Mathild.* p. 634.

*n*) DOMNIZO solus *Garde* nomen expressit *dict. loc.*

*o*) quod Berengarius Adelheidam in custodiam dederit, discimus ex HROSWITHA *panegyric.* p. 194. ALBERICO, *monacho trium fontium; chronic.* p. 288. *chronographo Saxone* p. 160. DITMARO *annal. libr. ii.* p. 331. *annalibus Reginonis*, ab alio quodam ultra diductis, p. 78. edit. PISTORII *tom. i. script. rerum German.* HERMANNO *contracto chron.* p. 259. *tom. iii. Canisii lection. antiqu.* edit. BASNAGII: GOTTFRIEDO *Viterbiensi chronic. part. xvii.* p. 475. OTTONI *Frisingensi libr. vi. cap. 19.* p. 128.

*p*) testatur *chron. Noualic.* p. 637. et addit, quod Adelheida sit in

*Papia ciuitate in quodam cœnaculo vi oppressa et in diuersis coangustata calamitatibus.* Is, qui REGINONIS annales latius protulit, p. 78. et *chronographus Saxo* p. 160. apertis conceptisque verbis testantur, Ottonem Adelheidam a vinculis et custodia liberasse. Sed istos perturbare nexum historiæ, infra monendi locus erit.

*q*) legantur HROSWITHA *panegyric.* p. 195. ODILO in *vita Adelheid.* cap. ii. p. 263. edit. LEIBNITII. Martini nomen solus expressit DOMNIZO *in vit. Mathild.* p. 634. In *chronico Noualic.* p. 637. vocatur Warinus Sed' ibi omnia perturbantur.

*r*) patet id ex antiqua inscriptione, quam, ex vasto CHRIST. BROWERI *annalium Treuirensium* opere desumptam, in annales suos transtulerunt ANT. PAGIVS *critic. in Baronii annales tom. iii.* p. 856. et BVRC. GOTH STRUVIVS in *corp. histor. Germ. period. v. sect. 2. §. 20.* p. 244. *not. 7.*

*s*) HROSWITHA *dict. loc.* p. 194. 195. refert, Adelardum misse

lardo, qui sacris Reginensibus præerat, *t*) commendauit, *u*) qui ei auctor fuit, vt ad Attonem comitem se conferret. Excepit is Adelheidam perhumaniter eamque in castello Canusino firmo ac munito manere, iussit. *x*) Quod quum Berengario nuntiaretur; nec Atto mandata eius de tradenda Adelheida conficere vellet, *y*) arcem expugnandi consilium cepit eamque obsessam tenuit. *z*)

## §. VI.

Ista tempestate Otto magnus Germaniæ regnum, æque patris Henrici voluntate; ac procerum suffragiis

C

ipfi

fisse ad Adelheidam, quum adhuc in custodia esset, hominem fidelem, qui eam adhortaretur, vt e vinculis elabi, studeret: quo facto, illam sibi viam per fossam patefecisse hacque ratione auspiciato euasisset. *DOMNIZO dict. loc. p. 634.* addit, Adelheidam et ancillam eius, ne cognoscerentur, in fuga sexum vestibus virilibus mentitas esse. His adiicias *ODILONEM* in *vita Mathildis cap. II. p. 263.* *Chronicon Noualiciense* de monacho isto silet et solius *tyruncule* manibus reginam liberatam esse, scribit p. 638.

*t*) de Adelardo egregie commentatus est *FERD. VGHHELLVS Ital. sacr. tom. II. p. 265. sqq.* ac luculentis testimoniis probauit, Adelheidæ maritum, Lotharium, magni eum fecisse.

*u*) Adelheidam se ad Adeldardum contulisse, memorat *HROS-*

*WITHA in panegyri. p. 196. DOMNIZO in vit. Mathild. p. 634.* narrat, Martinum adiuisse Adeldardum eique de fuga Adelheidæ nuntiasse, qui cum ad Attonem miserit et omnia illi referre, iusserit. Ei adfentire videtur *ODILO* in *vit. Adelb. cap. II. p. 75.*

*x*) vide *DOMNIZONEM cit. loc. p. 636.* Quæ de colloquio Attonis cum pessimo genio traduntur in *chronic. Noualic. p. 638.* fabulosa et ficta sunt.

*y*) *DOMNIZO p. 636.* manifestum errorem prodit, quando refert, Berengario nuntium de fuga Adelheidæ haud adlatum esse, atqueam Otto ad Veronam accederet; nec prius arcem oppugnandi, consilium cepisse.

*z*) legas eundem *DOMNIZONEM dict. loc.*

ipfi delatum, a) tenebat tantaque et potentia et virtutis florebat existimatione, ut in eo unquam salutis spem et Adelheida; et Atto, qui eam in tutelam receperat, collocarent. Quare ad eum legatum miserunt eumque summopere rogarunt, ut auxilium et opem illis ferret Adelheidamque pariter ac omnem Italiam, immani crudelitate oppressam, ex tantis miseriis eriperet et vindicaret in libertatem. b) Adhuc Adelheida ipsi coniugii foedus pollicita est c) fecitque spem, fore, ut et Papiae

a) gravissima et subdificilis quaestio est: num Otto patris Henrici voluntate et decreto; an iusta electione et suffragiis procerum Germaniae rex constitutus sit. Pro successione in primis CONR. SAM. SCHVRTZFLEISCHIVS in *oper. historic. politic.* p. 926. sq. pugnauit. Nihilominus REGINONIS WITICHINDI aliorumque scriptorum testimonia docent confirmantque Arnolphi, Otonis Saxonis, Conradi, item Henrici ipsius exempla, isto tempore penes Germaniae principes arbitrium regis eligendi fuisse. Debituraque Ottoni non natalibus suis; sed favori Germanorum regnum. Consulas BVRG. GOTTH. STRVVIUM *corp. histor. Germ. period. v. sect. 3. p. 3. p. 233* et NICOL. HIERON. GVNDLINGIVM in *Gandlingian. tom. xvi. p. 152.* Nihilominus id negari haud potest, auctoritatem regum, si principibus commendauerit successorem, multum valuisse. Nec Henricum

filio suo Otoni desuisse, ex WITICHINDO et LVITPRANDO discimus. Quare in primis placet quae in *chronico* quodam vetustiori apud IO. IOACH. FELLERVM *moniment. inedit.* p. 150. ita leguntur: *fuit autem hic Otto per Henricum patrem suum rex designatus et postea a principibus et populo electus*, adde IO. FRID. PFEFFELINGERVM in *Vituar. illustr. tom. 1. p. 90. 91.*

b) praeter alios, DOMNIZO in *vita Mathildis* p. 637 de Ottone haec in modum scribit:

*nocte foris missum pepulit, mandans breue scriptum*

*Otoni regi, rogans, ut non pedecentim:*

*deprope fidenter sibi; sed succurrere tenet:*

adde LEONEM Ostiensem *chronic. mon. C. fin. p. 204.*

c) testis est idem LEO *dict. loc. confers CAROL. SIGONIVM de regno Italiae libr. vi. p. 163.*

Papiae; et Italiae regni potiat. *d*) Præter Adelheidam, etiam alios Italiae proceres, tam sacros; quam profanos, præsidium ab Ottone expectasse, haud contemnenda extant documenta. *e*) CAESAR sane BARONIVS *f*) testatur id de Agapito, præfule Romano, et prouocat ad vetustiore[m] vitarum pontificum scriptorem; nisi malis cum CAROLO SIGONIO *g*) legationem istam ad expeditionem Ottonis posteriorem referre. Quoquo modo res sese habeat, Otto, cuius vxor Edgida, *h*) Eduardi, Angliæ regis, filia fororque Adelstani, ante aliquot annos e vita decesserat *i*) conditio-

C 2

ditio-

*d*) notauit id LEO *Ostiensis* p. 204.

*e*) fortasse huc ea spectant, quæ ODILO Cluniacensis in *vit. Adelheid. cap. III. p. 76.* ita scripsit: *postea consulem Italicorum principum, præsente dei gratia, de folio regni ad arcem peruenit imperii.* Pari modo in *chronico Novaliciensi*, apud DUCHESNE *tom. III. scriptor. rer. Francic. p. 638.* hæc leguntur: *vindicat sibi regnum Italicum per interpellationem accolarum, et paullo ante: venit in Italia fungens legationem Longobardorum, quod idem est; ac voluntati Longobardorum, per legatos ipsi significata, morem gerens.*

*f*) in *annal. ecclesiast. ann. DCCCCLI. §. 2. tom. X. p. 757.* Præter alios, eum sequutus est FRANC. BRVYSIVS in *histoir. des papes tom. I. p. 238.*

*g*) de *regno Italia lib. VI. p. 165.*

*h*) de vero Edgida nomine eius-

que scriptio[n]e recta tam scriptores; quam diplomata dissentiunt. Sequutus sum fidem chartæ, quam ERPOLD. LINDENBROGIUS in *privileg. archiecl[esi]e. Hamburg. num. VI. p. 130. scriptor. septentrional.* edit. FABRICII exhibet. Quæ in antiquis monumentis de ea relicta sunt, testimonia collegerunt: IO. FRID. PFEFFINGERVS in *Vituar. illustrat. tom. I. p. 492.* BVRC. GOTTH. STRVIVS in *corpor. histor. Germ. per. V. sect. 3. §. 31. p. 254.* NICOL. HIERON. GVNDLINGIVS *libr. de Henrico aucupe §. XXVI. p. 188.* et IO. CHR. HARENBERGIUS in *histor. eccles. Gandersb. p. 630.*

*i*) legas præter alios WIT-CHINDVM *annal. libr. III. p. 651. annales Hildenses* apud GOD. GVIL. LEIBNITIVM *tom. I. scriptor. rer. Brunsvic. p. 718.* Præter FRODOARDVM, omnes fere scriptores Edgida obitum ad annum DCCCXLVII. referunt.

ditiones non recusauit; sed lubens petitioni Adelheidæ satisfacere, recepit, potissimum spe inductus, fore, vt Italiam, Francorum focordia amissam, Germaniæ exemplo atque imitatione magni Caroli, recuperet. k) Nec mihi persuadere possum, Ottonem de coniugio Adelheidæ capiendæ Italia prius cogitasse; quam Adelheidæ nuntius veniret, quamuis nonnulli antiquiores scriptores in ea sententia fuisse videantur. l) Decreuit itaque iter in Italiam bellumque aduersus Berengarium; m) nec modo Lidulphum filium cum delecta manu

k) spectant huc, quæ ALBERICVS in LEIBNITII *accession. hist. tom. II. p. 288* ex OTTONE *Frisingensi* ita obseruat: *Ottorex post multos triumphos Italiam quoque, quæ per plures iam annos Francis; seu Germanis alienata fuerat, regno adiacere studet: adde RIGINONIS continuat. p. 78. et chronographum Saxonem p. 160.*

l) HROSWITHA *panegyric. in Otton. p. 196. 197. oper. non solum refert, amicos Ottonis antea ipsi dedisse consilium, vt reginam desolatam, cuius prædulcem gustauerim pietatem, vxorem duceret; sed addit etiam:*

*et rex, latatus tanta dulcedine fama,  
pectore voluebat tacito per tempora longa,  
quo pacto sibi reginam iungeret istam*

Id quod quamuis suffragiis wI-

TICHINDI *annal. libr. III. p. 652* DITMARI *libr. II. p. 330. annalista Saxonis* ECCARDI *corp. hist. mediæ ævi tom. I. p. 280.* et CONRADI *Vrspergensis chron. p. 208.* confirmetur; ea tamen, quæ ipse retuli et testimoniis DOMNIZONIS et LEONIS *Ostiensis* comprobauit, ad veritatem magis accedere omnique historiæ nexui consentanea videntur. Quæ ODO in *libro de varia fortuna Ernesti*, quem EDM. MARTENE et VRS. DURANDVS, ab interitu vindicarunt in *thesaur. nou. anecdotor. tom. III. p. 313.* de hac re memoriæ prodit, commentitia et futilia; nec digna sunt, quæ legantur.

m) testes sunt HROSWITHA *dict. loc. p. 179.* DOMNIZO *uir. Mathild. p. 637.* RIGINONIS *continuator p. 78.* *chronographus Saxo p. 160.*

manu præmisit, licet is nihil feliciter gesserit; n) sed etiam ipse suscepit protectionem o) et transiectis Alpibus, Veronam p) cepit litterisque Adelheidæ aduentum suum significauit q) misitque annulum, constantis fidei signum pignusque. r) Qua re cognita, Berengarius obsidionem Cantusii omittere et loca alia firma regnoque tuendo idonea occupare, saluti suæ consultius iudicauit; quam conspectum impetumque Ottonis sustine-

C 3

re.

n) quod Lidulphum præmisit Otto, dicimus ex eius litteris, a LEONE *Ostiensis* nobis conseruatis, *chron. Cassin.* p. 204. Sed HROSWITHA *dict. loc.* p. 197. et alii tradunt, Lidulphum; siue Ludolphum sponte sua iter ingressum esse. Inprimis HROSWITHA manifestum errorem prodit, quando eum omnia feliciter gessisse: immo ad patrem rediisse eique latum nuntium de triumphis adtulisse, refert. Consentiant enim REGINONIS *continuator* p. 78. *chronographus Saxo* LEIBNITII p. 160. et *annalista Saxo* ECCARDI p. 280. Lidulphum nihil tale, quale sperauerat, egisse. Quæ de origine et causis belli domestici, a Lidulpho contra patrem postea suscepti, æque ac de animis Itolorum, a Lidulpho per Henricum, Bauariæ ducem, alienatis, subiiciunt, veritati haud respondent.

o) de itinere testantur FROBOARDVS *chronic.* p. 183. REGI-

NONIS *continuator* p. 78. LAMBERTVS *Schafnaburgensis chronic.* p. 156. *annalista Saxo* p. 280. scriptor *chronici Quedlinburgensis* p. 279. edit. LEIBNITII *tom. II. scriptor. rer. Brunswic. et Ottono Frisingensis libr. VI. cap. 19.* p. 128.

p) patet id ex DOMNIZONE *vit. Matbild.* p. 637. et litteris Ottonis, quarum mox faciam mentionem.

q) litteras has LEO *Ostiensis chron. Cassin.* p. 204. exhibet.

r) tradit hoc LEO *Ostiensis dict. loco.* REGINONIS *continuator* et *chronographus Saxo* veterique de aureis muneribus, ab Otone Adelheidæ fauoris conciliandi causâ missis, loquuntur. Enarrantur etiam hæc facta in *vicia Matbildis* apud LEIBNITIVM *tom. I. scriptor. rer. Brunsw. p. 200. sq.* ita tamen, vt nonnulla fabulosa et falsa admittantur.

re. s) Adelheida itaque obsidione liberata, t) Otto eam sine mora sibi sanctissimo matrimonii vinculo adiunxit u) nuptiisque Papiae celebratis, x) non hanc modo vr-

s) memorant id HROSWITHA LAMBERTVS *Schafnaburgensis panegyri. Otton. p. 177.* LEO *Ostiensis dicr. loc. p. 204.* Alios taceo.

t) Adelheidam Otto non ex vinculis; sed ex custodia; siue potius obsessione liberavit. Quare erroris conuincuntur historici, REGINONIS, *continuator*, ALBERICVS, *monachus trium fontium, chronographus Saxo*, GOTTFRIEDVS *Viterbiensis*, OTTO *Frisingensis*, locis saepius iam memoratis, quando in vinculis potestateque Berengarii Adelheidam tum fuisse, aliis persuadere student. Nec ferendum esse, existimo, quod ANTON. PAGIVS *critic. in Baron. ann. tom. III. p. 856.* inscriptionem, cuius supra feci mentionem, de Ottone interpreteatur. Auctorem *chronici Noualic.* p. 638. nugari constat, quum Berengarium, apro admodum pingui, ex arce astute emissio, deceptum, obsidionem soluisse, tradit.

u) de coniugio Adelheida testimonio grauissima reliquerunt: FRODOARDVS *chronic. p. 183.* LEO *Ostiensis chronic. Cassin. p. 205.* WITICHINDVS *annal. libr. III. p. 652. annalista Saxo p. 280.*

LAMBERTVS *Schafnaburgensis chronic. p. 156.* SIGEBERTVS *Gemblacensis chron. p. 582.* ALBERICVS, *monachus trium fontium, chronic. p. 288. chronici Noualicensis scriptor p. 638.* OTTO *Frisingensis libr. VI. cap. 19. p. 128.* GOTTF. *Viterbiensis chronic. part. xvii. p. 475.* CONRADVS *Frispergensis histor. p. 208. vi. si- leam innumera fere diplomata, in quibus Otto Adelheidam expressis verbis coniugem; aut vxorem suam adpellauit. Exemplo sit charta, quam LVD. ANT. MVRATORIVS in antiquitat. Italiae tom. I. p. 829. adtulit. Guilielmum, imperatoris filium praesulemque Moguntinum, matrimonium patris sui reiecisse et credidisse, quod diuinis legibus repugnet, inter omnes conuenit; nec decet, ea persequi, quae ab argumenti nostri rationibus aliena sunt.*

x) consulendi sunt: HERMANNVS *contractus in chronic. p. 259.* HROSWITHA *panegyric. p. 198. monachus Hamerslebiensis p. 708. chronographus Saxo p. 161.* ALBERTVS *Stadensis in chron. p. 216.* Ergo falluntur, qui Papiam captam esse, scribunt, postquam nuptiae celebratae essent.



do urbem; y) sed omnem etiam Italiam; huc Lombardiam sibi subiecit. z) Eum isto tempore regis Longobardie titulum nomenque sibi adquisuisse, confirmant diplomata, a) ex quibus simul colligi potest, euenisse hæc

y) de Papia capta legas HROS. WITICHINDVM p. 198. monachum Hamerslebensem p. 708. WITICHINDVM annal. libr. III. p. 652. DITMARVM libr. II. p. 331. et reliquos: conferas IO. MABILLONIVM annal. ordin. Bened. tom. III. p. 515.

z) digna sane sunt, quæ hæc legantur, HROS. WITIBAR p. 198. verba:

cuncti, velut agmine facti,  
quærentes regem proceres venerantem  
certabantque suo iuri se subditos  
ve magno:

annal. Saxo apud IO. GE. P. CAR. DVM tom. I. corp. histor. medii ævi p. 280. dicit: totius Italiae possessorem efficitur: chronographus Saxo LEIBNITII p. 164. totum regnum Italiae, sicut optauerat, obtinuit: DITMARVS in prolog. libr. II. annal. p. 330. cauit:

Longobardorum sibi subdit colla  
furentium:

addas WITICHINDVM in annal. libr. III. p. 652. REGINONIS continuatorem p. 78. HERMANNVM contractum chron. p. 250. tom. III. lection. antiquar. Casus edit. BASNAGII: Hæc insignem lucem LEONI Ostiensi

adferunt, scribenti: Teutonicis rebus ex tunc et deinceps in Italia regnandi initium exitit, libr. I. cap. 61. p. 204.

a) IO. PETR. PVRICELLVS in monument. Basilic. Ambrosianæ s. 172. tom. IV. part. I. thesaur. antiquitat. et historiar. Italia p. 136. adfert chartam, Papiæ anno MCCXXI scriptam, cuius hoc est initium: Otto dei gratia rex Francorum et Longobardorum; in fine vero, quando amorum numeri desinuntur, hæc leguntur, regni Otonis regis in Francia XVI. in Italia I. actum Papiæ.

In huiusmodi diplomatibus nomen Prævia ad Franciam orientalem aliasque, ei adiacentes, Germaniæ provinciæ pertinet, quæ aliqui Græco nomine τῆς μεσσηνιας ἀρχῆς apud CONSTANTINVM porphyrogenetam; nec minus splendida et honorifica imperii Francorum adpellatione à regno Francogallico distingui et discerni solent. Quam in rem addas IO. HENRIC. BOECLERVM histor. seculi X. tom. 3. oper. p. 228. BVRC. GOTTH. STRVVIVM in syntagm. iuris publici cap. VIII. s. 7. p. 375. et GOTTFRIEDVM DE BESSEL in chron. Gottwic.

hæc anno seculi decimi quinquagesimo primo. *b)*

§. VII.

Omnia itaque, quæ animo conceperat Otto, ad felicem fortunatumque exitum peruenerunt. Mansit is per aliquod spatium in Italia; et pie casteque diebus festis Papiæ celebratis, quibus in sanctiori cœtu memoria nati

*tom. I. libr. II. cap. I. §. 13. p. 166.* ubi eruditissimus vir p. 167. præclare monet, Ottonem exemplo atque imitatione Caroli magni nomen titulumque regis Lombardorum sibi vindicasse.

*b)* eo maior sane cura in inuestigando anno, quo hæc visu venerunt, collocanda viderur, quo grauior hanc in rem dissensus est veterum scriptorum. Quam ego amplexus sum, sententia et temporis rationibus optime conuenit; et luculentis testimoniis, fide auctoritateque sua haud defraudandis, innititur. In diplomate, paullo ante a me memorato, expressis verbis annus DCCCCLI. primus esse dicitur regni Ottonis in Italia. Adfertiunt chronicorum scriptores præstantissimi, FRODOARDVS, LAMBERTVS *Schafnaburgensis*, *chronographus Saxo*, et LEIBNITII; et ECCARDI: scriptores *annalium Hildeshemensium* et *chronici Wirzeburgensis*, quod STEPH. BALZIVS *miscellan. tom. I. p. 507.* exhibet, REGI-

NONIS *continuator* et alii. Quare omnino aberrant a veritate, qui alios annos definiunt, cuiusmodi annum DCCCCLII. designant *monachus Hamerslebiensis*, et ALBERTVS *Stadensis*; ALBERICVS vero ann. DCCCCLIV. Inprimis HERMANNVS *contractus chronic. p. 259.* manifestum prodit errorem, duas fingens expeditiones Ottonis, in Italiam confectas, ac statuens, priorem factam esse anno DCCCCLVI Berengarium vi coereret; posteriorem vero Ottonem eo consilio anno DCCCCLII. suscepisse, vt matrimonii fœdus contraheret. Præterea grauior lapsi sunt DOMNIZO *vit. Mathildis p. 637.* LEO *Ostiensis chronic. monast. Cassinens. p. 205.* et auctor *chronici Noualicienfis p. 638.* quum obsidionem Canusii ad triennium protractam fuisse, scribunt. Supra enim demonstraui, Lotharium obiisse anno DCCCCE. nec dubium est, quin Otto anno DCCCCLI. in Italiam venerit, vt iam probaui.

nati christi coli solet, *c*) se in Saxoniam veris tempore recepit; *d*) nec supra omnem dubitationem posita esse videntur, quæ FRODOARDVS *e*) de proposito itinere Romano et legatione, ad Agapetum papam missa, enarrauit, ceterorum scriptorum suffragiis destituta. Reliquit in Italia generum suum Conradum, Lotharingiæ et Bauariæ ducem, *f*) eique præcepta dedit, vt Berengarium omni opera bello persequeretur; nec defuit is officii sui partibus; sed breui interposito spatio, eum ad id adduxit, vt cum Conrado eo consilio in Saxoniam proficisceretur, vt Ottoni omne obsequium promitteret. *g*) Nec dedit se solum priuatim; *h*) sed

D in pu-

*c*) testes sunt: *monachus Hamerslebiensis* p. 708. *REGINONIS continuator* p. 78. *annalista Saxo chronic.* p. 281. Inprimis notabilis est *HROSWITHÆ panegyri.* p. 109. locus:

*tunc rex Italia peragrauerat  
vndique regnum,  
primates regni propria subdens  
ditiōi;*

DOMNIZO vero *uir. Mathild. p. 637.* omnia miscet.

*d*) discimus id ex *WITICHINDO annal. libr. III. p. 652.* edit. *MEIBOMII tom. I. scriptor. rer. Germanicar. REGINONIS continuatore chronic.* p. 78. *HROSWITHA* p. 199. *monacho Hamerslebiensi* p. 708. *annalista Saxone* p. 652. et *OTTONE Frisingensi libr. VI. cap. 29. p. 128.* edit. *VRSTISII.*

*e*) *chron. ann. DCCCCLII. p.*

183. edit. *PITHOET.* Sequutus eum est *CAES. BARONIVS anal. eccles. ann. DCCCCLII. §. I. tom. X. p. 795.*

*f*) Præter *chronographum Saxonem, OTTONEM Frisingensem* aliosque, *HROSWITHA dict. loc.* hæc scripsit:

*ne Berengarius regnum raperet  
sibi rursum,  
Conradum cum non paucis, ex  
agmine lectis,  
in Papia residere ducem iussit  
sapientem.*

*g*) documenta huius rei existant apud *WITICHINDVM annal. libr. III. p. 652.* *FRODOARDVM chronic.* p. 184. *HROSWITHAM panegyric.* p. 200. ceteros.

*h*) Berengarium cum Ottone ante comitia Augustana esse colloquutum et petiisse pacem ac profectum esse animum, ad omnia, quæ

in publico etiam Francorum, Saxonum, Bauarorum, Alemannorum et Longobardorum *i*) procerum conuentu comitiisque, quæ Augustæ Vindelicorum habebantur; *k*) coram omni exercitu vna cum filio suo, Adalberto,

quæ desiderauerit Otto, promtum ac paratum, negari non potest; nec obscure id significant et REGINONIS *continuator*; et WITICHINDVS; ea vero, quæ in REGINONIS *annalibus* p. 74. subiiciuntur: *nihil tamen de his, quæ voluit, obtinuit; sed machinatione Henrici ducis fratris,* quippe Ottonis, *vix vita et parua indulta, in Italiam rediit,* dubito sane, quin vera sint. Id, quod contrarium est, ex aliis scriptoribus, haud contemnendis, elucet.

*i*) quinque has nationes expresse nominarunt REGINONIS *continuator* p. 78. *annalista Saxo* p. 282. et *chronographus Saxo* p. 161. Nihilominus vir summus, BYRC. GOTTH. STRYVIVS in *synagm. iuris publici cap. 111. §. 2. p. 19.* suspicatur, scribæ vitio Lombardos in hunc censum venire et Lotharingorum nomen rectius legi, censet; nec inficior, sententiam hanc multam præ se ferre speciem veritatis. Malo tamen lectionem priorem, aliorum consensu firmatam ac munitam, tueri. Ut ita sentiam, efficit maxime *prefatio, canonibus concilii Augustani* præmissa, apud

10. HARDVINVM *concil. tom. VI. part. 1. p. 615.* in qua aperte *Italiæ, Gallia Germanique principes* in concilio adfuisse memorantur atque inter præfules recensentur episcopi Patauinus, Ticinensis, Terdonensis, Brixienfis, Cumanus, Parmensis, Regienfis et Placensis.

*k*) coegit Otto ann. dccccliii. præsulum aliorumque sacri ordinis virorum concilium, ut canones nonnullos ad restituendam disciplinam ecclesiasticam, maxime collapsam, componerent, ita ut simul omnium prouinciarum, Ottoni subiectarum, proceres conuenerent, licet præter Berengarii causam, nihil cognitum sit, de quo in comitiis deliberatum esset. Quæ in conuentu sacro constituta sunt, decreta ad nos peruenerunt. Exstant in *conciliorum collectionibus: regia tom. xxv. p. 91. PHIL. LABBEI tom. IX. p. 615. 10. HARDVINI tom. VI. part. 1. p. 615.* item apud HENR. CANISIVM *lection. antiqu. tom. III. p. II. edit. BASNAGII: 10. CHRIST. LVNIGIVM in dem spiclog. eccles. des teutschen Reichsarchibis contin. III. p. 858.* atque alios. Legenda sunt, quæ de hoc Augustano concilio

berto, Ottoni victori se commisit l) fidemque adstrinxit et datis manibus ac iureiurando interposito confirmavit. m) Recepit eos in gratiam Otto reddiditque illis Italiae regnum, n) præter Veronensem et Aquileiensem prouincias, quas Henrico fratri regendas tribue-

D 2 rat,

cilio disputarunt: NATALIS HERMANNVM contractum in ALEXANDER in *hisor. eccles. chronic.* p. 259. SIGEBERTVM *vet. et nou. test. sec. IX. et X. cap. Gemblacensem chronic.* p. 582. IV. art. 30. tom. VI. p. III. ANTON. PAGIVS in *critica in annal. Baron.* tom. III. p. 856. IO. HENR. BOECLERVS *tom. III. oper.* p. 246. GVIL. CAVEVS *hisor. litter. scriptor. eccles. tom. II.* p. 119. et CLAVDIVS FLEVRY in *hisor. ecclesiastique libr. LV. tom. XII.* p. 77. In *vita S. Vdalrici*, quam præter SVRIVM, PAFEBROCHIVM, MABILLONIVM, GVLLMANNVM, HIERON. VELSERS in *operibus* p. 515. iuris publici fecit; IOANNES VETO MABILLONIVS in *actis sanctor. ord. Benedict. sec. V.* p. 415. GERARDO presbytero, seculo X. claro, recte vindicauit, *cap. III.* p. 525. traditur, Afram, quæ pro diua a pontificis Romani adscclis habetur, Vdalrico in somno monstrasse locum, vbi rex Berengarius Longobardus et filius eius Adalbertus cum multis episcopis se præsentauerint et sub domino suo subdiderint.

l) grauissimos et locupletes huius rei testes habemus: HROSWITHAM in *panegy.* p. 200.

HERMANNVM contractum in *chronic.* p. 259. SIGEBERTVM *Gemblacensem chronic.* p. 582. MARIANVM *Scotum chronic.* p. 447. OTTONEM *Frisingensem chronic. libr. V. cap. 19.* p. 128. et ALBERICVM, *monachum trium fontium*, p. 290. licet in definiendo anno non consentiant. Dissimulari non potest, Ottonem grauius contra ciuilem prudentiam peccasse, quum Berengarium a se dimitteret ac restitueret ei Italiae regnum, cuius perfidiam et animum, ipsi perinde ac eius coniugis admodum insensum, iam expertus erat.

m) luculenta sane sunt hæc WITICHINDI verba: Berengarius manus filii sui manibus implicans, licet olim, Hugonem fugiens, regi subderetur; tunc tamen, renouata fide coram omni exercitu famulatus regis se, cum filio, subiugauit, *annal. libr. III.* p. 62.

n) præter scriptores, quos paucis interiectis, recensero, referunt id FRODOARDVS, *monachus Hamerslebiensis*, OTTO *Frisingensis locis saepenumero iam memoratis.*

rat, o) hac lege, vt beneficii huius nomine clientis obsequium ei profiterentur. p)

## §. VIII.

o) discimus id ex REGINONIS continuatore p. 76. OTTONE Frisingensi libr. vi. cap. 19. p. 128. chronographo Saxone p. 161. et colligimus ex eo, Otoni liberum atque integrum fuisse, singulares Italiae prouincias, quibuscumque voluerit, concedere. Fecit hoc Otto eo consilio, vt semper in Italiam facilis pateret aditus: vide IO. IAC. MASCOVIVM comm. de rebus imperii Romano Germanici a Conrado I. ad obitum Henrici III. libr. II. §. 15. p. 38.

p) omni sane recordatione dignum est, Berengarium Italiae regnum feudi iure accepisse et tenuisse, quod praecipuum fundamentum iuris supremi augustissimi Germanorum imperatoris in Italiam in hac re positum est. Liceat, illustria quaedam antiquiorum scriptorum effata, quibus praclarum hoc Ottonis factum memoriae prodiderunt, recitare. LVITPRANDVS in legat. ad Nicephor. p. 137. oper. Berengarius, inquit, et Adalbertus sui milites effecti, regnum Italicum sceptrum aureo ex eius manu susceperunt et praesentibus seruis tuis, qui nunc usque super sunt et hac in ciuitate degunt, iureiurando fidem promiserunt: HROSWITHA dicit: restituens illi sublatis culmina regni,

ista percerte tantum sub conditione,  
vt posthac caussis non contradiceret illis,  
ipsius imperio multis longe metuendis;  
sed ceu subiectus iussis esset studiosus,

panegyri. p. 200 REGINONIS continuator: Berengarius cum filio suo Adalberto regie se per omnia in vasallitium dedit dominationi, p. 78. chronographus Saxo: Berengarius cum filio suo Adalberto et uxore, Willa uocata, se regis dominationi subdidit, p. 161. adde annalissam Saxonem p. 282. et ex recentioribus HERMANNVM CONRINGIVM de Germanorum imperio Rom. cap. IX. §. 19. p. 79. et de finibus imperii libr. I. cap. 9. §. 10. p. 60. IOANNEM SCHILTERVM de libertate ecclesiarum Germaniae libr. III. cap. 5. §. 6. p. 313. CONRADVM SAM. SCHVRZFLEISCHIVM diss. de iure augusti in Italiam §. 6. p. 877. oper. bistoricor. BVRC. GOTTH. STRVVIUM syntagm. iuris publici cap. II. §. 5. p. 29. 30. et in corp. bistor. German. period. v. sect. 3. §. 20. p. 245. IOANN. FRID. PFEFFINGERVM in Vitriar. illustrat. tom. I. p. 313. et IO. IAC. MASCOVIVM comm. de rebus imperii libr. II. §. 15. p. 38. sq.

## §. VIII.

Sed spreuit Berengarius iurisiurandi religionem fregitque fidem atque in Italiam reuersus, imprudens constituit, a præsulibus ceterisque Italiæ principibus, qui Ottonem auxilium rogauerant, quasi perfidiæ ac temeritatis penas repetere *q*) tantaque hanc ob causam admisit scelera, vt omnium animos a se in dies magis alienaret redderetque sibi infestos *r*) Quod quum ad aures Ottonis perueniret, *s*) Italis præsidium ferendum esse, iudicauit misitque Ludolphum in Italiam; *t*) nec videtur alienum esse a veritate, quod eodem feudi iure tradiderit ipsi regnum ac succederet eum in locum Berengarii.

D 3

*q*) monuerunt id REGINONIS continuator et *annalista Saxo* locis citatis.

*r*) legashros WITHAM *panegyri* p. 200. et OTTONEM *Frisingensem libr. vi. cap. 19.* p. 128. Quum DOMNIZO in *vita Mathildis* p. 636. fingeret, Ottonem duxisse captiuum Berengarium, factum est, vt singula, quæ a Berengario in Italia, postquam se Ottoni dedisset, peracta sunt, perperam Adalberto foli tribueret.

*s*) quemadmodum id perceperit Otto, haud constat. DOMNIZO refert, Autonem comitem nimia Berengarii crudelitate, quam ipse expertus sit, ad id adductum fuisse, vt auxilium ab Ottone peteret. Quæ SIGONIVS de *re-gno Ital. libr. vi.* p. 165. de Agapeto Romano et Valperto, Medio-

lanensi præsule tradit, dubia mihi sunt. Relinquo ea incerta.

*t*) tradunt id FRODOARDVS p. 185. REGINOP. 79. HROSWITHA p. 201. HERMANNVS *contractus* p. 259. LAMBERTVS *Schafnaburgensis* p. 156. *annalista Saxo* p. 299. ALBERTVS *Stadenfis* p. 217. HEPIDANNVS in *annal. Alemann. ann. DCCCCLVI.* apud MELCHIOR. GOLDASTVM in *scriptor. rer. Alemannic. tom. I. chronographus Saxo* p. 168. ceteri, quos iam excitauimus, harum rerum auctores. Præstantissimi scriptores in anno quinquagesimo sexto definiendo conueniunt. Ludolphum paullo ante contra patrem excitasse turbas, notum est; nec spectat ad argumenti nostri rationes.

garii. u) Gessit hic ibi multa feliciter x) et breui spatio,  
expulso Berengario, y) omnem fere Italiam sibi subie-  
cit. z)

u) coniectura, quam feci, Lu-  
dolpium a patre Italiae regnum,  
tamquam feudum, accepisse, vero  
similis mihi videtur. Collegi id  
ex his HROSWITHAE, cui fides  
deroganda non est, verbis:

*grates atque tibi dentur, ca-  
rissime fili,  
quem constare quidem penitus  
cognosco fidelem,  
haud obscura tuae fidei quia si-  
gna dedisti,  
quam, per te regnum cupiens  
augefcere nostrum,  
signasti nobis proprii decus omne  
laboris.*

*Hinc ego gratanter, qua fecisti  
sapienter,  
accipiens, vice conuersa condi-  
gna rependo  
hoc ipsumque tibi regnum com-  
mitto regendum,  
imperio subdi nostro, quod con-  
stituisti,  
praecipioque tibi iussis, dilecte,  
paternis,  
ut, quem vitrici populum dex-  
tra superasti,  
absque mora tecum facias fir-  
mare tenendum  
fœdus, cum iuramento structum  
meruendo.*

*Hac dux Luidulpus decreta lo-  
gens venerandus,  
latior ex mandatis tanta  
pietatis*

*iussus cum iuramento relegat sibi  
firmo*

*ad patris obsequium populum,  
digne moderandum,*

*panegy. p. 201. 202. Nec minus in-  
signiter sententiam hanc confirmant  
ea, quæ vir celeberrimus, LVD.  
ANT. MVRATORIUS, de corona  
ferrea cap. VI. p. 286. tom. II.  
anecdotor. ex antiquissimis com-  
mentariis de gestis comitis Ma-  
thildis, nondum iuris publici factis,  
hunc in modum adtulit: et venit  
praedictus Litulfus cum praedictis  
militibus quadam die mensis maii  
eiusdem anni a ciuitate Verone  
vsque ad arcem Canossinam per  
vnum diem et alia die sequenti  
iuit Parmam et accepit coronam  
Longobardiae et rediit. Pari mo-  
do suffragatur auctor vita Bruno-  
nis, quam LEIBNITIVS tom. I.  
scriptor. rer. Brunsv. exhibet, cap.  
XXXI. p. 285. Leguntur ibi hæc:  
factum est in breui instinctu huius  
consiliarii, ut filio suo, qui per-  
ierat et inuentus est, imperator  
totam Italiam delogaret. Simile  
quid suspicari videtur IO. IAC. MA-  
SCOVIUS de rebus imperii Roma-  
no. Germanici libr. II. §. 20. p. 46.*

*x) vberius id persequitur DOMNI-  
20 vit. Mathild. p. 638. adde mo-  
nachum Hamerslebiense p. 708. et  
annales Hildesb. p. 718.  
y) expressis verbis hæc tradunt:  
REGINONIS continuator p. 79.  
anna-*



cit. z) Sequenti tamen anno funesta morte vitam finivit. a) Alii febris, qua correptus fuit, vim eum consumfisse, tradunt; b) alii eum in pugna, cum Adalberto commiffa, accepto vulnere, diem supremum obiiffe, adfirmant; c) alii denique Berengarium in necis inopinatae fufpicionem vocant. d)

## §. IX.

*annalifta Saxo* p. 299. *chronographus Saxo* p. 168. conf. *CAROL. SIGONIVM* de regno *Italiae* p. 165.

z) *REGINONIS continuator* dicit. loc. aperte dicit: *totius Italiae poffeffor efficitur*: *FRODOARDVS* *chronic.* p. 191. pene totam obtinuerat *Italiam*. Idem fatentur *LAMBERTVS Schafnaburgenfis* p. 157. et *annalifta Saxo* p. 299. Haud obfcure significant fcriptores, Ludolphum non tam patri; quam fibi, regi conftituto, regnum recuperaffe.

a) Ludolphum an. d. ccccclvii. in Italia praeter opinionem ex hac vita deceffiffe, certum eft confirmatumque grauiiffimis testimoniis *FRODOARDI* *chronic.* p. 191. *REGINONIS continuatoris* p. 79. *HERMANNI* *contraclii* p. 259. *SIGEBERTI Gemblacenfis* p. 583. *LAMBERTI Schafnaburgenfis* p. 156. *ALBERICI, monachi* *fontium*, p. 290. *chronographi Saxonis* p. 169. *monachi Hamerflebienfis* p. 708. *EKKEHARDI* de *caftibus monafterii S. Galli* cap. viii. p. 37. edit. *GOLDASTI* tom. i. *fcript. rerum Alemann.* Solus *FEDE MARIANVS* *Scotus* *chron.*

apud *PISTORIUM* tom. i. *fcriptor. rer. Germ.* p. 448. difcedit ac definit annum d. ccccclvi. Inter recentiores digni funt, qui conferantur: *HENR. MEIBOMIVS* not. in *Witichind.* tom. i. *fcript. rer. Germanic.* p. 699. et *GEORG. CHRISTIAN. IOANNIS* not. in *Ge. Helvichii* *chronic. monaff. S. Alban.* *fecl. II.* §. 3. tom. 11. *fcriptor. rer. Mogunt.* p. 23.

b) auctor eft *HEPIDANNVS*, feculo poft partum virginis vdecimo clarus, in *annal. Alemanic.* ad ann. d. ccccclvii. apud *MELCH. GOLDASTVM* *fcriptor. rer. Alemann.* tom. i.

c) quoad feio, primus id *DOMNIZO* enarrauit loco faepius laudato p. 637. et haec de Adalberto tradidit:

rex Longobardus, in ipfum extendens hafam, iboracem membraeque damnat  
Lidulphi, vitam qui flatim perdidit ipfam.

d) vide *CAROL. SIGONIVM* de regno *Italiae* libr. vi. p. 165. Denique mihi temperare non poffum, quin hoc loco adiciam, quae *DITMARVS Merfeburgenfis* lib. ii.

## §. IX.

Mortuo Ludolpho, recuperavit Berengarius pristinam vim; nec mutavit animum; nec stetit pactis; sed omnia in perniciem exitiumque Italiae moliebatur, cuius salus fidei illius ab Ottone credita ac commissa fuit. e) Quare opus fuit, ut proceres, quum ei resistere non possent, viribus et consiliis destituti, de nouo ab Ottone praesidium atque auxilium peterent. Nec solum Ioannes XII. praesul Romanus, legatos ad Ottonem misit, f) Ioannem

p. 333. edit. LEIBNITII tom. I. scriptor. rerum Brunsvic. cum de omni Ludolphi expeditione; tum de eius obitu contra aliorum fidem ita memoriae prodidit: *Ludolphus vero, regis filius, malorum deprauatus consilio, rursus restitit patriaque cedens, Italiam perrexit ibique, quum unum ferme annum esset, iix. id. septembr. pro dolore; siue vti LEIBNITIVS legit: pro dolor! obiit. Huius corpus, a sociis eiusdem Moguntiam delatum, lugubriter in ecclesia christi martyris Albani sepultum. De tam miserabili fama rex in expeditione, qua fuit adversus Redarios, admodum turbatus, planxit filium suum, sicut David Absalon.* Nec longe ab hac sententia alienum fuisse WITICHINDVM *annal. libr. III. p. 659. miror. ARNVLPHVS in gestis Mediolanens. libr. I. cap. 5. p. 729. edit. LEIBNITII tom. III. scriptor. rer. Brunsvic. tradit, Ludolphum a militibus suis hostibus fuisse pro-*

ditum et deinde perfidia Longobardorum veneno necatum.

e) testatur de immani Berengarii crudelitate LVITPRANDVS *histor. libr. VI. cap. 6. p. III.* Viros doctos suspicari, caput sextum memoratum ab aliena manu LVITPRANDI commentariis adiectum esse, constat. Quisquis ille sit; Cremonensi antistite, si fidem spectas, non est inferior.

f) praeter LVITPRANDVM, memorant hanc legationem papa ADAMVS *Bremenfis histor. eccles. libr. II. cap. 4. p. 16.* apud LINDENBROGIVM *scriptor. septentrion. edit. FABRICII: REGINONIS continuator p. 50.* LAMBERTVS *Schafnaburgensis p. 156.* OTTO *Frisingensis libr. VI. cap. 29.* scriptor *chronici Herueldensis* apud SIM. SCHARDIVM *script. rerum Germ. tom. I. p. 375.* In *annalibus Hildesheimensibus p. 718.* et in ALBERTI *Stadensis chronico p. 216.* manifesto errore legatos Ioannis anno D CCCCLXI. venisse,

annem purpuratum et Azonem, *scriniarii* titulo dignitateque eminentem, eumque per dei amorem obtestatus est, vt Romam ex tyranni manibus faucibusque eriperet; sed idem etiam alii Italiae principes, *g*) tam sacri; quam profani ordinis, rogarunt, ex quorum numero Valpertus, Mediolanensis antistes, Cumanusque, Valdo, *b*) et Odbertus marchio *i*) in annalibus commemorantur. Quae vero CAR. SIGONIVS de oblata imperatoris dignitate promissaque corona, regni Longobardici insigni, subiecit, *k*) illa dubia mihi atque incerta videntur; nec ei adsen-

E

se, traditur. Rectius alii scriptores definiunt annum DCCCCLX.

*g*) huc spectant, quae REGINONIS continuator p. 80. hunc in modum scripsit: *reliqui pene omnes Italia comites et episcopi litteris eum; aut legatis, vt ad se liberandos veniat, exposcunt*: adde LVITPRANDVM libr. VI. cap. 6. ALBERICVM, monachum trium fontium, *chronic. tom. II. p. 2. SIGEBERTVM Gemblacensem p. 583.* Inprimis legenda sunt, quae CORR. SAM. SCHVRTZFLEISCHIVS de iure augusti in Ital. §. 3. 4. p. 875. oper. *politic. histor. ex histor. Be-neuentana* scriptore adtulit.

*b*) Valdorem Cumanis sacris praefectum fuisse, consentiunt scriptores. Quare erroris conuincendus est CAROL. SIGONIVS, quum Comensem episcopum eum adpellat, de *regno Italia* libr. VI. p. 166. iure idcirco castigatus ab ANT. FAGIO *critic. in annal. Baron. tom. II. p. 872.* adde F. ERD.

VGHELLVM *Ital. sacr. tom. v. p. 276.*

*i*) de Odberto commentatus est IOANN. CHRISTOPH. HARENBERGIVS in *hist. eccles. Gandersb. diplomat. p. 1238.* conf. HIER. NICOL. GYNDLINGIVM *diss. de iure augustissimi imperatoris ee imperii in Etruria ducatum cap. I. §. 7. p. 9.*

*k*) libr. VI. de *regno Italia* p. 166. Prisci rerum gestarum scriptores praestantissimi de hac re silent. In *vita Mathildis*, quam ex *actis sanctorum Antverpiensibus* desumptam, GODFR. GVIL. LEIBNITIVS tom. I. *scriptor. rer. Brunsvic. iterum in lucem produxit, cap. v. p. 204.* haec leguntur: *Vocatus est filius eius, rex Otto, in regnum Roma a praesule apostolicae sedis, vt gloriam imperialis corona perciperet et Romanis praesset.* Idem significare videtur ROTGERVS in *vita Brunonis*, quam idem LEIBNITIVS EX SVRII *actis* inter memorato-

adferre possim, quum Ottonem iureiurando se pontifici obstrinxisse, tradit, et solemniter promississe, quod papæ dignitatem omni opera summaque contentione tueri, stabilire et amplificare velit. l) Nec tamen sibi ipse defuit Otto; sed decreuit, in Italiam proficisci, partim ut Italiam gratificaretur; m) partim ut vindicaret sibi regnum, a tyranno e more insolito ac contra iurisiurandi religionum usurpatum. Quare ingressus est iter, postquam in comitiis, Vormatiæ habitis, filium suum, Ottonem, ex procerum sententia in regni societatem vocasset, n) anno seculi decimi sexagesimo primo o) cum delecta manu et Adelheida comite p) et per Bauriam agrumque Triden-

mōratos scriptores transtulit, cap. XXXVI. p. 286.

l) circumfertur iurisiurandi formula, quam usurpasse Ottonem, plerique Romani præsulibus adfectæ contendunt. Exhibet illam GRATIANVS decret. part. I. distinct. 63, cap. 33, p. 201. corp. iuris canonici edit. BOEHMERI: CAROL. SIGONIVS de regno Italiae p. 166. CAESAR BARONIVS annal. eccl. ann. DCCCCLX. num. 5. tom. 10. p. 774. et IO. CHRIST. LVNIGIVS in dem teutschen Reichsarchiv part. general. cont. II. p. 62. Quid de ea statuendum sit, præclare edisserit IO. SCHILTERVS de libertate ecclesie Germanicae libr. III. cap. 5. §. 9. p. 315.

m) legas REGINONIS continuatorem p. 80. atque annalissam Saxonem p. 301.

n) late de comitiis his exponunt: BVRG. GOTH. STRVIVS in

corp. hist. Germ. period. v. sect. 3. §. 20. et IO. FRID. PEEFFINGERVS in Vitriar. illustrat. tom. I. p. 92.

o) consentiunt in eo præstantissimi scriptores, qui de hac expeditione exponunt. Quare discedunt a veritate; nec tuentur historicorum cautorum laudes viri celeberrimi, IO. FRANCO. BERNARD. MARIA DE RVBEIS in monument. eccl. Aquilei. cap. I. p. 442. et IOANNES LAMIVS in select. et chronolog. rer. gestar. tom. III. deliciar. erudit. p. 70. qui iter Ottonis, in Italiam susceptum, ad ann. DCCCCLXII. referunt.

p) consulas SIGEBERTVM Gemblacensem p. 583. vitam Matbildis cap. v. p. 204. ALBERTVM Stadensem p. 216. ALBERICVM tom. II. p. 2.

dentinum, in Italiam venit, q) vbi maxima episcoporum principumque Italicorum pars ad complectendum consuatuorem suum ac testanda regi suo obsequia, ei obuiam prodibat. r) Mox Papiam occupauit destrucamque a Berengario regiam, in qua antiquissimi Longobardorum reges sedem habuerunt collocatam, restituentam curauit. s) Deinde Mediolani in principum Italiae confessu Berengarium, perduellionis ac perfidia reum, regis dignitate priuauit t) sibi que ipsi regnum vindicauit eique adfensi sunt proceres et imposita a Valperto corona, *ferreae* nomine in historicorum commentariis maxime celebrata, regem solemniter ratione

E 2

eum

q) auctores sunt REGINONIS *continuator* p. 80. et *annalista Saxo* p. 301.

r) REGINONIS *cont.* p. 80. et qui hunc fere describere solet, *annalista Saxo* p. 30. legantur.

s) praeter laudatos scriptores, testantur de hac re ALBERICVS *rom.* II. p. 3. OTTO *Frisingensis libr. VI. cap. 21.* p. 129. adde ANTON. GATTI *hist. gymnas. Pat. uini cap. XI.* p. 27. *rom. IV. part. 2. thesaur. hist. et antiquitat. Italiae.*

t) CAROLVM SIGONIVM viros summos in errorem induxisse, indigne fero, vt regnum a proceribus Berengario abrogatum fuisse delatumque Ottoni, conferent hacc ratione principibus tribuerent, quae eorum auctoritatem potestatemque superabant. Nullo sane modo fieri potest, vt iis adfentiam. Manifestum enim est,

Ottonem iam ante decem annos obtinuisse regnum idque Berengario, sacramenti religione obstricto, tamquam feudum, concessisse. Hinc quum Berengarius et Adalbertus dignitatem Ottonis laderent; nec starent promissis, ipse Otto iis abstulit regis honorem titulumque et ademit regnum. Quare quum Otto perfidia poenas ab utroque repetere, et ob hanc causam regno mulctare potuit, consensu procerum non fuit opus; nec necesse erat, vt iterum Otto rex eligeretur ac constitueretur, quum id antea factum esse, inter omnes conuenit. His argumentis tota rei gestae ratio continetur. Inter antiquiores scriptores bene id perspectum habuit LVITPRANDVS atque ingenue confessus est: *quia, suggerente diabolo, fidem perfide violarunt, iuste illos*

eum declararunt. u) Quo facto, Otto nati christi memoriam Papiæ celebravit et deinde Romam perrexit; x) nec solum ciues animo lætissimo ei obuiam processerunt; y) sed Ioannes etiam pontifex, adclamante populo, z) imperatorem augustum eum adpellavit et coronam auream tradidit, a) anno christiano DCCCCLXI. mense februa-

illos, quasi desertores sibi que rebelles, regno priuauit, in *legat. ad Nicebor.* p. 137. *oper.* Nec minus idem colligi potest ex his *chronici*, a *MVRATORIO tom. II. anecdotor.* p. 205. iuris publici facti, verbis: *deinde venit primus Otto in Italia et priuauit regnum eorum Berengarium et Adalbertum.*

u) Ottonem nostrum ista tempestate initiatum fuisse atque accepisse coronam ferream, fuisse docet *LANDVLPVVS*, cuius verba *LVD. ANT. MVRATORIVS de corona ferrea cap. IV. p. 248. et cap. VI. p. 326. et tom. I. antiquit. Ital. medii æui* p. 80. recitavit et ipse doctissime de hac re exposuit, quem legi eique addi velim: *CAROL. SIGONIVM de regno Italia libr. VI. p. 166. IVSTVM FONTANINUM de corona ferrea cap. III. §. 6. p. 17. IO. PETR. PYRICELVM in Ambros. Mediol. basilica et monast. monument. p. 13. tom. IV. part. 1. thesaur. histor. Ital. et BVRG. GOTTH. STRVVIVM in syntagm. iuris publici p. 361.*

x) testes sunt: *LUITPRANDVS libr. VI. cap. 6. FRODOARDVS chron. p. 194. LEO Ostiensis libr. I. cap. 61. REGINONIS continuator p. 80. DITMARVS libr. II. p. 333. temporum rationes perturbat.*

y) legas *LUITPRANDVM et REGINONIS continuator. dictis locis.*

z) diligenter id notarunt: *REGINONIS continuator p. 80. analista Saxo p. 302. ALBERICVS tom. II. p. 3. et IOANNES Auentinus annal. Boiorum libr. V. cap. 2. §. 4. p. 479. edit. GVDNLINGII.*

a) de Ottone, a Ioanne victo ac coronato, grauissima testimonia reliquerunt: *LUITPRANDVS libr. VI. cap. 6. p. 112. FRODOARDVS p. 194. LEO Ostiensis libr. I. cap. 61. p. 205. HROSWITHA panegy. p. 203. REGINONIS continuator p. 80. HERMANVS contractus p. 260. ARNVLPHVS de gestis Mediol. libr. 1. cap. 6. p. 729. SIGEBERTVS Gemblacensis p. 583. DITMARVS libr. II. p. 333. monachus Hamerslebiensis*

februario; b) nec decet, fidem habere nonnullis scriptoribus, qui tradunt, Leonem octauum Ottoni coronam imposuisse. c) Nec secessit ex Roma Otto, antequam

E 3

Ioan-

*lebiensis* p. 708. auctor *vita Matildis* cap. v. p. 204. qui addit, Adelheidam simul accepisse coronam; nec alienum est id a veritate: adde HERM. CONRINGIVM de *Germanorum imperio Romano* cap. ix. §. 14. p. 71. IO. IAC. MASCOVIVM *comment. de rebus imperii* libr. ii. §. 23. p. 50.

b) in definiendis temporis notis hoc loco mirifice discrepant scriptores. Nobis, ad annum DCCCCLXII. hæc gesta referentibus, suffragantur: FRODOARDVS, LEO *Officiensis*, REGINONIS *continuator*, *annalista Saxo*, *script. chron. Herueldenis* et HERMANNVS *contractus*; dissentiunt ALBERICVS, *monachus trium fontium*, MARIANVS *Scotus*, SIGEBERTVS *Gemblacensis*, *monachus Hamerslebiensis*, OTTO *Frisingensis*, HEPIDANNVS atque alii. Id tamen certum est confirmantque multa diplomata, Ottonem, imperii sui annos numerandi, initium ab anno DCCCCLXII. sumfisse, quod præclare monuit GOTTF. BESSELIUS *chron. Gottwic. tom. 1. libr. 2. cap. 3. §. 23. p. 186. sqq.* Multas sane huiusmodi chartas inspexi, quas HENR. MEIBOMIVS, PETR. LAMBECHVS, CAR. SIGNONIVS, CASP. SAGITTARIVS, FERD. VGHHELLVS, ED-

MVND. MARTENE, BENIAM. LEVBERVS, CAROL. LVD. TOLNERVS, CASP. CALVOERIVS, NIC. STAPHORSTIVS, IVSTVS FONTANINI, FRID. ERN. KETTNERVS, LVD. ANT. MVRATORIIVS, IO. FRANC. BERNARD. MARIA DE RVBEIS, GOTTF. BESSELIUS atque alii exhibent. Alia diplomata, quæ alienam nobisque contrariam præ se ferunt supputandi rationem, aut adulterina ac spuria; aut corrupta et librariorum incuria depravata sunt.

c) princeps huius commentii auctor est ADAMVS *Bremensis histor. eccles. libr. II. cap. 5. p. 17.* quem *annalista Saxo* p. 216. HELMOLDVS *libr. I. cap. 10. §. 5.* sequuti esse videntur; nec alienus est PLATINA in *vita Ioannis XII. p. 155.* et auctor *chronici Slauici* apud ERP. LINDENBROGIVM *scriptor. rer. septentr. p. 191.* atque in *chronico rhythimico principum Luneburg.* quod LEIBNITIVS *tom. III. script. rer. Brunsvic. edidit, p. 24.* hæc leguntur:  
*dar gaf oeme die Krobne  
 der achte Pawes Leo:  
 van Goddes Bort waren do  
 eyn vnde seftich Jar  
 vnde negen bundert: dat is  
 war;*

legas

Ioannem iustissimo sacramento obligaret, *d*) se nunquam a partibus Berengarii atque Adalberti stare vellet. *e*) Ea tamen, quæ de donatione Ottonis eiusque diplomate, rei testificandæ causâ confecto, circumferuntur, falsa et fabulosa sunt. *f*)

§. X.

legas MELCH. GOLDASTVM in *rational*. p. 33. THOM. BANGERTVM *not. in Helmsold.* p. 29. et NIC. STAPHORSTIVM in *bislor. eccles. Hamburg. diplomat. tom. I. vol. I. p. 294.*

*d*) de iureiurando pontificis, imperatori præstito, apertis conceptisque verbis testantur: LVITPRANDVS *libr. VI. cap. 6. p. 12.* REGINONIS *continuator* p. 80. SIGEBERTVS *Gemblacensis* p. 583. et ALBERICVS *tom. II. p. 4.*

*e*) quæ CAROL. SIGONIVS de *regno Italie libr. VI. p. 167.* de iuramento Ottonis subiunxit, incerta relinquo. Scriptorum testimonia, quibus inniti possit SIGONIVS, ignoro.

*f*) satis nota sunt, quæ de donatione Ottonis a viris doctis disputantur. Adtulit enim CAES. BARONIVS in *annal. eccles. anno DCCCCLXII. §. 3. tom. X. p. 781.* chartam vetustam, quæ Ottonis nostri nomen præ se fert ac testatur, Ottonem non solum iura et privilegia, quæ Carolo magno, Ludouico pio aliisque imperatoribus Romani antistites ferrent accepta, confirmasse; sed etiam insigniter auxisse ac multas ditiones

subiecisse illius potestati. Præter BARONIVM, eam exhibent IOANN. HARDVINVS *concil. tom. VI. part. I. p. 625.* et IO. CHRIST. LVNIGIVS in *des teufschens Reichsarchiv part. gen. cont. 2. p. 59.* vt alios taceam. Diploma hoc germanum esse, summa contentione adfirmant, qui pontifici Romano studia et obsequia adixerunt et in his maxime BARONIVS, GRETSEYVS, LAMBEICIVS, PAGIVS et ALEXANDER. Multa tamen alii in eo depræhenderunt, quæ auctoritatem eius infringunt contradicuntque Ottonis ingenio ac temporis rationibus manifesto repugnant. Obiecerunt hæc potissimum MELCHIOR GOLDASTVS in *rational*. p. 29. HERM. CONRINGIVS de *German. imperio Rom. cap. X. §. 9. p. 81.* IO. HENR. BOECLERVS *tom. III. oper. p. 229.* FRID. SPANHEMIVS in *bislor. christian. tom. I. oper. p. 1500.* Alii denique rem dubiam atque incertam relinquunt, vt IO. SCHILTERVS de *libertat. eccles. German. libr. III. cap. 5. §. 9.* Quod omni recordatione dignum est, hoc ipsum diploma, quo potestati papæ



## §. X.

His ita expositis, in praesens instituto nostro sufficient, per capita ostendisse, quae ex iis iusta concludendi ratione elici possunt; nec exiguam omni historiae Germanicae et nostro argumento lucem accendunt. I) Firmum atque expeditum est, Ottonem Italiae regnum partim ex procerum voluntate, qui lapsis Francorum in Italia rebus, regem eligendi et constituendi sibi pepereant ac longo annorum usu confirmauerant auctoritatem; partim armorum vi ac belli iure sibi adquisuisse. g) II) Atqui longe a veritate aberrant, qui hoc loco de iure hereditatis cogitant, siue illud ab Ottonis origine; siue a coniugio Adelheidæ repetant. h)

## III) Quod

ti papæ insigne pondus accedere, sibi persuadent illius cultores, repugnat peruersis illorum dogmatibus et subicit augustissimo imperatori terras, pontifici parentes. Hanc in rem inter ipsos pontificios egregie monet CLAVD. FLEURY: *à la fin est la clause importante: sans en tout notre puissance et celle de notre fils et de nos descendans, in histoir. ecclesiast. libr. LV. tom. XII. p. 115.* cui suffragatur FRANC. BRVYSIVS in *histoir. des papes tom. II. p. 240.* addas beatum ERN. SAL. CYPRIANVM in *der Belehrung vom Ursprung und Wachstum des Pabstth. cap. XIV. §. 3. p. 366.*

g) patet id ex iis, quae supra enarraui. Voluntas principum tribuit illi ius, in Italiam mouen-

di; repetita vero victoria, regnum sibi vindicandi. Berengarii prauis mores et violatio promissionum, quae fecerat proceribus, essecerunt, ut tyrannis adnumeraretur, hoc est, dedit illis protestarem, regnum ei auferendi. Legas hanc in rem CONR. SAM. SCHVZFLEISCHIVM in *disput. de iure augusti in Italiam §. 4. 5. p. 878.* et IO. FRID. PEEFFINGERVM in *Virriar. illustr. tom. I. p. 316.* adde IO. PETRVM A LVDEWIG in *praefat. quam tom. IV. reliquiar. manuscriptor. praemissit, §. XVII. p. 28.*

h) sic in *chronic. Quedlinburgensia* apud GOTTFR. GVIL. LEIBNITIVM *tom. II. scriptor. rer. Brunsv. p. 79.* refertur, Ottonem Italiae regnum debuisse Adelheidæ, quae id iure hereditatis tenuerit.

III) Quod ad imperium Romanum pertinet, illud eodem iure belli occupavit, *i*) quod deditione Romanorum *k*) ac deinde repetita victoria insigniter confirmatum est. IV) Nec veremur, adfirmare, quod primus *l*) ex Germanis imperatoris dignitatem Otto noster consequutus sit atque ei Germania nostra summum decus acceptum ferat, quo in societate gentium christianarum distinguitur. V) Etenim iam dudum viri, rerum Germanicarum peritissimi, ostenderunt atque argumentis, maxime idoneis, comprobarunt, reges Germaniæ, Ludouicum *infantem*, Conradum *I.* et Henricum *aucupem* nihil iuris in Italia et Romano imperio habuisse; nec vis; nec pondus inest argumentis, quæ secus sentientes nobis obiiciunt. *m*) Nec WITICHINDI resti-

*i*) fusc hoc edisseruit ac discrimen probauit, quod Caroli *magni* et Ottonis imperium adquirendi modis intercessit, quem sæpius laudauit, SCHÜRZLEISCHIVS *diff. de diuis. imper. Carol. §. LXXVI.* p. 910. et in *additamentis* p. 917. adde IAC. CAROL. SPENNERVM in *hisor. German. vniuersal. tom. I. libr. IV. cap. 4. §. 13.* p. 304.

*k*) huc spectant, quæ in *vita Mathildis cap. v. num. 25.* p. 205. leguntur.

*l*) in *iuris canonici* libris Ottonem nostrum vocari *Ottone*m *primum Teutonicorum regem*, ita ut vox ad Ottonis nomen pertineat eumque a filio quasi distinguat, omnes sciunt. Hac tamen voce *Auentinum* deceptum

fuisse et multum studium ad explicanda ista verba frustra adhibuisse, monet IO. HENRIC. BOECLERVS *tom III. oper. p. 227.* totamque rem eleganter exponit atque illustrat. Non ignoramus, alios malle, Arnulphum primum imperatorem ex Germaniis fuisse. Sed constat, eum ex Carolingica gente ortum esse hocque nomine maiori iure ad imperatores Francos; quam ad imperatores Germanicos, si Germanorum nationem a Francis separamus et distinguimus, referri.

*m*) in his IO. HENR. BOECLERVM in *hisor. sec. x. tom. 3. oper. p. 223.* et IOANN. SCHILTERVM de *libertat. eccles. Germanic. p. 207.* nomen profiteri, moleste ferunt omnes, qui de hac causâ adcurate cognouerunt.

testimonium de Henrico *aucupe*; *n*) nec diplomata, quæ Henrico; aut eius filio ante solemnem initiationem, Romæ ann. D. CCCC LXII. factam, *o*) *imperatoris* titulum adtribuunt, de augusta Romanorum imperatoris dignitate intelligi possunt. Nefas quoque esse, existimamus, sine discrimine Italiæ reges, qui ab Arnulphi tempore imperium tenuerunt, tyrannis adnumerare, quos procerum suffragiis maximam partem reges constitutos ac more solemni imperatores consecratos fuisse, legimus; aut nefariis scelestisque pontificum Romanorum consiliis adscribere, quæ illi partim victoria; partim populi et senatus Romani sententia consequuti sunt. *p*) VI.) Ergo inepte loquuntur scriptores, qui imperium a Francis ad Germanos per Ottonem delatum esse, scribunt, quo isti longo tempore exciderant, antequam Otto de imperio obtinendo cogitaret; aut illud Francis quasi restitutum

F

ac re-

*n*) duplex reliquit WITICHINDVS testimonium, quod nobis videtur repugnare. De altero, quo consilium Henrici exponit, Romanam proficiscendi, *libr. 1. annal. p. 641.* edit. MEIBOMII tam docte commentatus est NICOL. HIERONYM. GÜNDLINGIVS *comm. de Henric. aucupe §. xxxv. p. 256.* ut non suppetant, quæ adiici possint. Alterum *eodem loco* existat et manifesto de sola adpellatione exercitus agit. Pari modo idem WITICHINDVS *p. 657.* de Ottone tradit, quod ab exercitu imperator adpellatus sit.

*o*) haud defunt chartæ, in qui-

bus tam Henricus; quam Otto ante occupatum Romanum imperium, *imperatores* adpellantur. Henrici diploma exhibet AVB. MIRAEVS *cod. donat. piar. cap. xxx.* De Ottone legas virum, de omni Germanica antiquitate præclare meritum, GOTTFR. BESELIVM *chronic. Gottwic. tom. 1. libr. 2. cap. 3. §. 13. p. 166. sq.* licet caute legenda esse censeam, qua vir celeberrimus profert, coniecturas faciens, sæpenumero historicorum consensu destitutas.

*p*) quæ strictim adrigi, latius persequuntur: HERM. CONRINGIVS *de Germanor. imperio Ro-*

mans

ac recuperatum ab Ottone, putant. *q*) Rectius potius ALBERICVS rem mente concepit atque eleganter pronuntiauit: *exhinc Romanorum imperium post Francos et Longobardos ad Teutonicos translatum est.* *r*)

## §. XI.

Inprimis hoc loco monendum esse, existimo, optimates Longobardicos, postquam ab Ottone bello victi et ad obsequium redacti essent, ius potestatemque, regem eligendi constituendique, amisisse: id quod ex belli indole colligi potest et victoriae ius, quo Otto usus est, requirit ac testatur. *s*) Eum vero perinde Italiae regnum; vti Romanum imperium, aeterno vinculo cum regno Germaniae coniunxisse, ex diuturna vtriusque dignitatis possessione, in qua Germanorum reges per integra continuataque octo secula constiterunt, firma ac luculenta con-

*mano cap. IX. et CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHIVS in operibus historic. politic. p. 912. sqq. Ex eo patet, illos insignis ignorantiae proderet exemplum, qui Henricum inter imperatores respondent: consulas IO. FRID. PEF-FINGERVM in Vitriar. illustr. tom. I. p. 417. qui docte de dissensu historicorum in enumerandis imperatoribus disputat.*

*q*) vide OTTONEM *Frisingensem hist. libr. VI. cap. 24. p. 131. et IOANNEM Auentinum ann. Boior. libr. V. cap. 2. p. 480. ALBERICVM, monach. trium fontium, chron. ann. D CCCC LXXXIII. tom. II. p. 4.*

*r*) *dict. loc.*

*s*) firmum est, victorem supremum ius in eos, quos vicit sibi que subiecit, esse adeptum, vti HVGGO GROTIVS de iur. belli et pacis libr. III. cap. 8. §. I. p. 763. edit. BARBEYRAC. recte statuit: id quod iis omnem libertatem facultatemque, reges sibi constituendi, aufert. Quare praclare monet vir summus: *immo etiamsi quis populo victo ius ciuitatis relinquat, potest quedam, que ciuitatis fuerant, sibi sumere, dict. loc. §. 4. p. 766. et alibi haec pronuntiat: iusto bello vt alia adquiri possunt; ita et ius imperantis in populum et ius, quod in imperio habet ipse populus, libr. III. cap. 16. §. I. p. 846.*

ta concludendi ratione adsequimur; t) scriptores tamen rerum gestarum de certa pacti; aut legis formula tacent, qua Otto id posteris significauerit. Nihilominus de re ipsa dubitari non potest, maxime si in animum reuocamus, potestatem, quam in Italia consequutus erat, insigniter auctam confirmatamque fuisse, quum Berengarium captum et cum vxore Willa comprehensum teneret eosque Bambergam in exsilium mitteret u) ac breui in-

F 2

ter.

t) sequimur praestantissimorum virorum exemplum, qui caute de hac difficili quaestione loquendum esse, existimauerunt, et de Italia regno, cum Germaniae nostrae regno arctissimo foedere coniuncto, non nisi ex euentu et more seculorum, quae consequuta sunt, cognosci posse, statuerunt. Hinc LEO Ostiensis, quum de Ottonis expeditionibus exposuit, haec subiunxit: *Teutonicis regibus extunc et deinceps in Italia regnandi initium exstitit*, *chronic. Cassin. libr. 1. cap. 61. p. 205.* CAROLVS SIGONIVS, cui multum fidei tribuendum esse, omnes consentiunt, dicit: *regnum Italiae post haec tempora cum regno Germaniae coniunctum fuit*, *libr. vii. de regno Italiae p. 176.* et interpositis quibusdam p. 179. addit: *ab hoc tempore, qui rex Germaniae fuit, idem etiam regnum Italiae et occidentale imperium tenuit.* PLANIVS et apertius THEODOR. DENIEM disserit de hac re et expressis verbis non solum haec professus est: *regna etiam et prouincias,*

*quas cum dei adiutorio sibi subiecit, quamuis multos haberet filios, fratres; non eis tamen; sed Romano imperio perpetuo addidit atque dedit, in nem. vnion. siue histor. sui tempor. libr. 1v. tract. 6. cap. 33. p. 481. adde libr. 111. cap. 25. p. 107. sed etiam alibi: nobilissimam, inquit, ac famosissimam prouinciam Lombardia ipse Otto magnus augustus viridarium imperii adpellauit, et eidem imperio singulariter incorporauit, dict. loc. p. 487.* Ex recentioribus his adiungas: CONR. SAM. SCHVRFLEISCHIVM de iure augusti in Italiam §. 5. p. 378. *oper. politic. historic. 10.* DAVID. KOEHLERVM in *der teutschen Reichs-histor.* p. 81. BVRC. GOTTH. STRVVIVM in *syntagmat. iuris publici cap. 11. §. 2. p. 20.* et reliquos, qui singulari opera in explicando imperatoris iure in Italiam studia sua collocarunt, laudati ab illustri CHR. GOTTL. BVDERONOSTRO in *biblioth. iurid. Struu.* p. 711. 712.

u) hinc factum est, vt *chronographus*

terposito tempore, Longobardiæ principum, quum de fide deferenda et restituendo Adalberto regno nefaria scelestaque caperent consilia, coerceret temeritatem reprimeretque et sedaret turbas et quietem securitatemque feliciter restauraret. x) Quare sua laude non sunt defraudandi, qui ad tuendam Germaniæ nostræ dignitatem diligentiam suam adhibent ac constanter adfirmant, y) non tam genti suæ; quam Germanicæ nationi adquisuisse Ottonem Italiam. Nihilominus ingenue confitentur, maximum in ea occupanda Ottonis momentum fuisse, vt familiæ, quoad superesset, ratio haberetur. z) Sapienter ergo et sibi, et Germaniæ consuluit: sibi, vt gloria familiæ firma ac stabilis esset atque illa perpetuo gra-  
tum

*graphus Saxo*, qui LEIBNITIO publicam lucem acceptam fert, postquam Berengarium captum esse, tradidit, de Ottone subiiceret: *totius Italia possessor efficitur, chron. p. 171.* Præter hunc de exilio Berengarii, qui in castellum, in monte sancti Leonis positum, se receperat; sed diurna obsidione Ottoni se dedere coactus fuit, reliquerunt testimonia: LVITPRANDVS *libr. vi. cap. 6 p. 113.* HROSWITHA in *panegy. Otton. p. 203.* DITMARVS *libr. II. p. 233.* REGINONIS *continuator annal. ad ann. DCCCC LXIII. et DCCCC LXIV. p. 80.* OTTO *Frisingensis libr. vi. cap. 24. p. 130. 131. annalista Saxo p. 305.* ALBERTVS *Stadensis p. 217.* hec in definito anno, quo hoc contrigit, discrepent.

x) legas BVRC. GOTTH. STRV-

VIVM in *corp. histor. German. period. v. sect. 3. §. 26.* et IACOB. CAROL. SPENERVM in *histor. German. vniuers. tom. I. libr. IV. cap. 4. §. 16. p. 308.*

y) inprimis hoc loco consulendi sunt: HERMANN. CONRINGIVS cum de *Germanorum imperio Romano cap. X. §. 21. p. 91.* tum de *finibus imperii libr. I. cap. 9. §. 12. et 13.* et CONR. SAM. SCHVZFLEISCHIVM in *dissert. de iure augusti in Italiam §. 7. p. 878.*

z) docent id Ottonum *secundi et tertii exempla*, qui Italiæ regnum vna cum Germania et imperio Romano tenuerunt. Legas laudatum SCHVZFLEISCHIVM *dict. loc. §. 7.* et IO. FRID. PFEFFINGERVM in *Vitriar. illustrat. tom. I. p. 319.*

tum Germanorum animum, quo summa beneficia, ab Ottone in eos collata, complecti debebant, experiretur; Germaniæ vero, vt extincta Ottonum gente, Italia regnum penes illam esset et Germani soli regis dignitatem tenerent ac tuerentur. Cuius rei fundamentum doctissimi viri in eo positum esse, arbitrantur, quod Germanorum armis, opibus: immo sanguine obtinuerit ac fundauerit Otto regiam potestatem hancque ob causam fas esse, existimauerit, nationi regnum addicere, cui ipse illud acceptum ferebat. a)

## §. XII.

Quæ iam de Italia regno disputata sunt, ea etiam in imperatoris dignitatem conuenire, ex eo patet, quod Otto eodem belli iure sibi Romam subiecerit hocque modo imperium Romanum sit adeptus; nec indigent vberiori probatione, quæ ab historicarum scriptoribus vno quasi ore traduntur b) et octingentorum annorum vsu confirmantur, Ottonem memoratum imperium non solum ad filium et nepotem; sed ad omnes etiam Germaniæ reges transmisisse. Nihilominus fieri nequit, vt silentio prætereamus Leonis octaui decretum, in quo princeps et maximum causæ huius præsidium constitutum esse et veras dignitatis rationes contineri, doctissimi

F 3

rerum

a) consule SCHVRZLEISCHI. Præclare rem exponit IACOB. VM *loc. cit.* AVG. THVANVS: *translatum*

b) inter alios GOTTFRIEDVS *fuit, inquit, imperium ad Ger-*  
*Viterbiensis chronic. part. XVI. manos ab Ottone, Henrici primi*  
*p. 477. dicit: ab eo tempore re- aucupis filio, mansitque in eius*  
*gnum Romanorum post Francos familia vsque ad Ottonem terti-*  
*et Longobardos imperatores pra- um nepotem, libr. II. histor. rom.*  
*dictos ad Teutonicos reuersum est. I. p. 40.*

rerumque Germanicarum peritissimi viri statuunt. c) Quum enim imperator anno, postquam caelestis gratia generi humano reparata est, DCCCCLXIV. Romæ in templo Lateranensi concilium multorum antistitum sacrorum conuocasset, vt Leonem *octauum* in pristinum dignitatis locum, ex quo eum Romani inaudita temeritate expulerant atque exturbauerant, restituerent ac Benedicto *quinto* cui scelerati homines pontificis maximi officium detulerant, illud solemniter adimerent, d) inter alia multa decreuerunt, e) quæ ad tuendam augendamque imperatoris potestatem atque auctori-

c) præter eos, qui cum antiquiori; tum recentiori ætate de iure augustissimi imperatoris in Italiam disputarunt, huc spectant: HERM. CONRINGIVS de *rep. imp. Germ. cap. v. §. 19.* BUREGOTTH. STRUVIVS *corp. histor. German. period. v. sect. 3. §. 33. p. 646.* IO. IAC. MOSERVS in *dem Grundriß der Staatsverfassung des Römischen Reichs* p. 83. IO. DAVID KOEHLERS in *der teutschen Reichshistorie* p. 20.

d) legantur de hoc concilio: EVITPRANDVS *histor. libr. VI. cap. II. p. 122. acta concilii apud IOANN. HARDVINVM concil. tom. VI. part. 1. p. 638.* THEODORICVS DE NIEM in *elegantissimo libello de inuestitura episcopat. regum Teutonic.* quem SIMON. SCHARDIVS inter scriptores, de *imper. iurisdic.* iunctim ab eo editos, retulit, p. 249.

MATTH. FLACIVS *catalog. test. veritat. p. 136.* GVIL. CAVE *histor. litter. script. eccles. tom. II. p. 120.* etc. LAVD. FLEURY *histor. eccles. libr. LVI. tom. XII. p. 134.* Vir illustis IO. IACOBVS MASCOVIUS in *commentar. de rebus imperii Romano - Germanici a Conrado I. usque ad obitum Henrici III. libr. II. §. 24. p. 52.* decretum hoc in concilio, Romæ anno christiano DCCCCLXIII. d. VIII. id. nouembr. habito, in quo pontificatus Ioanni abrogatus et Leo electus fuit, factum actabulas illas scriptas esse, censet; pugnat tamen contra hanc sententiam, quod pace viri summi dixerim, scriptorum veterum consensus. e) GRATIANVS expressis verbis testatur, decretum hoc factum esse in *synodo congregata in ecclesia S. Saluatoris, decret. dist. LXIII. cap. 23.*



toritatem faciunt, et litteris consignarunt formulam, quæ ad nostram vsque ætatem conservata; nec solum inter leges canonici iuris relata; *f)* sed etiam alibi sæpenumero repetita est. *g)* Eorum, quæ in ista sancita sunt, summa est: Leonem, pontificem maximum, exemplo atque imitatione Adriani *primi* Ottoni, tamquam regi et patricio Romano, tribuere facultatem, sibi eligendi successorem: pontificem Romanum constituendi et sacrorum præfules, æque archiepiscopos; atque episcopos confirmandi; eos vero, qui huic decreto repugnare, sibi sumant, sacrorum communione, qua sanctior cætus continetur, iure meritoque excludendum esse. Quid de hac formula statui debeat, discrepant eruditorum sententia. Qui pontifici Romano studia et obsequia addixerunt, *h)* multam ad infir-

*f)* exstat non solum in *VONIS Carnotensis pannorm. libr. VIII. cap. 136.* sed etiam a GRATIANO inter pontificum decreta, *loc. cit.* relata est, quem hanc ob causam BARONIVS, SPONDANVS, BZOVIVS insignis negligentia accusant.

*g)* præter CAROL. SIGONIVM, CAES. BARONIVM, MELCH. GOLDASTVM, IOANN. SCHILTERVM, IOANN. HARDVINVM, IO. CHRIST. LVNIGIVM, CASP. CALVOERIVM, ERN. SAL. CYPRIANVM aliosque, imprimis hoc loco commemorandus est THEODOR. DENIEM, qui decretum hoc, ex antiquo libro manu exarato Florentino descri-

ptum, in *libr. de priuileg. et iur. imperat.* quem SIMON SCHARDIVS de *imperial. iurisdiet.* in lucem protraxit publicam, p. 249. exhibuit notisque elegantissimis illustravit. Fidem eius maxime sequutus est GOLDASTVS; nec solum ipsum decretum; sed observationes etiam NIEMII iterum iuris publici fecit cum in *constitut. imperat. tom. I. p. 221.* tum in *statut. imperator. p. 34.* Legas MELCH. GOLDASTVM in *rational. p. 29.* IO. FRID. PFEFFINGERVM in *Vitriar. illustr. tom. I. p. 62. 63.* et IO. IAC. MOSERVM in *dem teutschen Staatsrecht libr. I. cap. 16. §. 3. sqq. p. 329.*

*h)* ex horum numero CAES. BARONI-

ad infrmandam decreti fidem adhibent diligentiam, quoniam auctoritati, quam papa sibi temere sumit atque arrogat, manifeste repugnat ac peruersa dogmata eorum confutat atque euertit. His quamuis se alii, qui rectoria sententiunt, *i*) adiungant; alii tamen ducuntur rationibus; nec defunt argumenta, quibus sententiam suam stabilire ac confirmare student. *k*) Alii tantam huic formulæ tribuunt auctoritatem, vt rem omnino contigisse; *l*) nec litteras, quæ supersunt, adulterinas et suppositas; sed veras ac germanas esse, adfirmant; *m*) nec negari potest, vbi eos

BARONIVM in *annal. eccles. tom. x. p. 801.* HENR. SPONDANVM in *epitom. annal. Baron. tom. II. p. 209.* NATALEM ALEXANDRVM in *hystor. eccles. vet. et nou. test. tom. VI. p. 37.* ANT. PAGIVM in *critic. in Baron. annal. tom. III. p. 8.* nominasse, sufficiat.

*i*) vide illustrem IO. IAC. MOSERVM *dict. loc. §. 7.*

*k*) strictim argumenta, quæ ad reiiciendum statutum illud adferuntur, persequitur laudatus MOSERVS *loc. cit. §. 8.* Princeps sententiæ eorum præsidium in eponunt, quod Leo recta ratione pontificis munus non consequutus sit. Legi tamen possunt, quæ, vt defenderent a criminationibus BARONII Leonem, disputarunt ex pontificis Romani adseclis LVD. ELL. DVPIN<sup>o</sup> de *antiqu. eccles. disciplina diss. VI. §. 4. p. 398.* ex reformatis FRIDER. SPANHEMIVS in *hystor. eccles. tom. I.*

*oper. p. 1455.* ex nostris denique ERN. SAL. CYPRIANVS in *der Belehrung vom Ursprung und Wachstum des Papstthums cap. XII. §. 7. p. 346.* vt multos alios breuitatis causâ fileam.

*l*) relicta nobis sunt testimonia, haud contemnenda. Præter GRATIANVM, testatus etiam est de hac re ALBERICVS, *monachus trium fontium, chronic. tom. II. p. 13.*

*m*) principem sibi heic locum vindicant: MELCHIOR GOLDASTVS *dict. loc.* et HERMANVS CONRINGIVS in *libr. de Germanor. imper. Rom. cap. x. §. 25. p. 92.* quos nostri doctores et historiarum scriptores, plerique sequuti sunt. Inprimis notanda sunt testimonia eorum, qui præfulem romanum colunt; nihilominus veritatis luce, in qua res versatur, coacti sunt, eam cognoscere ac profiteri. In hunc censum

eos argumentis *n*) grauissimis, quæ opinionem eorum, si non certam; maxime tamen probabilem efficiunt. Quare alii, qui omnia circumspiciunt et caute de his rebus iudicare solent, rem gestam esse, non dubitant; ea vero, quæ de fide formulæ disputantur, incerta atque ambigua relinquunt. *o*) Quodsi admittimus, vti admittere decet, diploma nostrum germanum esse, inprimis obserues velim, Ottoni nullo pacto; aut consensu præsulis Romani opus fuisse: illum ea, quæ in diplomate ipsi conceduntur, antea possedisse; quam decretum hoc fieret: papam denique solum ea non potuisse dare, quæ se imperatori dedisse, in decreto profitetur. Ea

G

enim

sum veniunt: ABRAHAM. BZO-  
VIVS, cuius verba GEORG. CA-  
LIXTVS de coniugio clericorum  
p. 623. recitavit: LVD. ELL. DV  
PIN in nouv. biblioth. des auteurs  
eccles. tom. VIII. p. 12. et PETR.  
DE MARCA de concord. sacer-  
dot. et imperii libr. VIII. cap. 12.  
§. 10. p. 1155. Alios laudavit MO-  
SERVS loc. cit. §. 6.

*n*) inter varia argumenta, quæ ad probandam sententiam rectio-  
rem a viris doctis prolata sunt,  
mihi inprimis placent, quæ FRANC.  
BRVSVS, ipse quidem pontifici  
summo deditus; cordatus tamen  
ac diligens rerum, a papis ge-  
starum, pronuntiator, BARONIO  
hunc in modum opposuit: car  
que ce decret de Leon VIII. qu'on  
lit aussi dans Gratien, depuis  
meme qu'il a été corrigé à Ro-  
me par l'ordre de Gregoire XIII.  
soit encore vne piece fausse et fa-  
briquee par quelque imposteur

*semblable à Sigebert, comme le  
Cardinal Baronius veut sans en al-  
leguer aucune preuve, j'avoue que  
je n'y vois nulle apparence. Bien  
loin de cela; toutes les presom-  
tions sont pour le contraire, car  
les Romains auoient fait serment,  
de ne point elire de Pape, que du  
sentiment de l'Empereur et à son  
choix et l'on fit un sanglant repro-  
che à Benoit V. en plein synode en  
presence de Leon et de l'Empereur  
d' auoir violé le serment. Que  
restoit-il apres cela, si non que  
puisque on auoit confirmé ce ser-  
ment par la punition de Benoit,  
on le confirma encore plus au-  
tentiquement par la constitution de  
Leon, in hist. des Papes tom. II.  
p. 296.*

*o*) tutiorem hanc sententiam  
ipse amplexus est MOSERVS in  
dem teutschen Staatsrecht libr.  
1. cap. 16. §. 10.

enim dare, quæ non habemus, ridiculum est. Leo sane cognouit, ea, quæ Ottoni tribuuntur, pertinere ad illum, *utpote regem et patricium*: p) Otto iam ante ciues

p) de *patricii Romanorum*, a patriciis Romanis diuersi; nec facile cum eis confundendi, dignitate viri docti dissentiunt. Honorifico et splendidissimo hoc nomine Otto noster non solum in *decreto*, de quo iam disceptamus, exornatur; sed existat quoque diploma imperatoris, monasterio Ladrishamensi ann. DCCC LXIII. concessum, cuius hoc est initium: *Otto dei gratia rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum*, in *chron. Laurish.* apud MARQVARD. FREHERVM *tom. I. scriptor. rer. Germ.* p. 117. edit. STRVVIETIN HENRIC. MEIBOMII *tom. I. scriptor. rer. German.* p. 784. conferas GODFR. DE BESSEL in *chronic. Gottwic.* *tom. I. libr. 2. cap. 3. §. 13* p. 167. Id satis expeditum esse, videtur, hoc loco *patriciatum* summi Romanorum principis potestatem denotare et documentum esse summi iuris in Romanos ciues; nec dubium est, Ottonem hunc titulum sibi exemplo atque imitatione Caroli magni vindicasse, quem uti factis rebusque, præclare gestis; ita et honoribus æquare voluit. Cognouit id supremus sacrorum Parisiensium præsul, PETRVS DE MARCA; nec dubitanter confessus est: *patricii nomen duo quadam complectebatur, et iurisdictionem, quæ reges in vrbe ex consensu pontificis et populi Romani potiebantur; et protectionem; seu defensionem, quam Romana ecclesia polliciti sunt, de concord. sacerdot. et imperii libr. I. cap. 2. §. 4. p. 71.* quamuis ea, quæ in extremo loco scripsit, supra omnem dubitationem hæud sint posita; nec desunt, quæ ei obici queant. Nec inficiamur, relicta nobis esse et historicorum testimonia; et alia antiquitatis monumenta, in quibus voci *patricius* alia significandi vis tributa esse, videtur. Quoquo modo res sese habeat, ex ipsis decreti nostri verbis manifesto patet, ad regis et *patricii Romanorum* dignitatem ac officium pertinuisse, ut pontificem Romanum, si non eligeret ac constitueret; saltem confirmaret. Qui plura de *patricii* titulo eiusque muneribus scire cupiunt, discant ea ex CAROLO DV FRESNE *glossar. media et infima latin.* *tom. V. p. 267. 199.* PETRO DE MARCA cum *dict. loc. tum libr. III. cap. XI. §. 8. p. 269* IO. MABILLO NIO *annal. ord. Benedict.* *tom. II. p. 167. 19.* et 227. BYRC. GOTTH. STRVVIIO in *corp. histor. Germ. period. IV. sect. I. §. 25. p. 136.* IOAN-

NE

ues Romanos; q) nec minus speciatim purpuratos, r) qui ius facultatemque, pontificem eligendi, habent, sacramento obstrinxit, ne, illo infcio, papæ munus alicui crederent ac committerent: ipse Leo imperatoris auctoritate ac voluntate ad hanc dignitatem peruenit. s) Quare præclare hanc in rem CONR. SAM. SCHVRFLEISCHIVS t) monuit, pactionem hanc, cum senatu populoque Romano factam, non spectasse ad causam possidendi; sed ad securitatem retinendi imperii. Hinc nec illi lubrico innituntur fundamento, qui ex hoc decreto origines coniunctionis, qua imperium Romanum et

G 3

Ger-

NE SCHILTERO de *sublimi patri-  
triciatus honore*: IVST. HEN-  
NING. BOEHMERO in *obseruat.  
select. ecclesiastic.* p. 50. sq. et viro  
illustri, CAROLO FRANC. BVD-  
DEO, auunculo meo summope-  
re colendo, in *der Vntersuchung  
des wahren Grunds, aus wel-  
chem die höchste Gewalt eines  
Fürsten über die Kirche herzulei-  
ten ist*, cap. 11. §. 14. p. 146.

q) testatur id LVITPRANDVS  
*libr. vi. cap. 6. p. 115.*

r) intelligi potest id ex oratione  
Benedicti, cardinalis archidiaconi  
titulo dignitateque conspicui, quam  
LVITPRANDVS *libr. vi. cap. 11.  
p. 122.* exhibet.

s) dignum sane, quod admirentur  
æque ac imitentur posteris, reliquit  
exemplum Otto, quum iure,  
diuinitus ipsi dato, in conferenda  
anastitris Romani dignitate repetitis  
vicibus vteretur idque solemniter  
ratione confirmaret et ad successo-

res suos propagaret. Ea, quæ huc  
spectant, singulari studio enarra-  
runt: HERM. CONRINGIVS de  
*Germ. imper. Rom. cap. x. §. 19. sqq.*  
p. 86. IOANN. MVSÆVS de *ec-  
clesia disp. vii. §. 44.* p. 416. sqq.  
PHILIPPVS MORNAEVS in *my-  
sterio iniquitat.* p. 194. ERN. SAL-  
CYPRIANVS in *der Belehrung vom  
Vrsprung und Wachsthum des  
Pabstthums cap. xii. §. 7.* p. 342.  
IO. SCHILTERVS de *libertat. ec-  
cles. Germanic.* p. 321. Adiungan-  
tur doctissimi viri, qui in explican-  
do defendendoque iure imperato-  
ris ac potestate, pontificem Ro-  
manum constituendi, laudabilem  
operam posuerunt, quorum notiti-  
am IO. IAC. MOSERVS in *dem  
Grundriß der heutigen Staatsver-  
fassung des teutschen Reichs* p. 802.  
sappeditat.

t) in *diff. de diuision. imper. Ca-  
rol.* §. 76. p. 911. *oper. historic. po-  
litic.*

Germaniæ regnum vel nostra ætate coherent, repetendas esse, censent. *u*) Equidem nullam huius coniunctionis apertis conceptisque verbis factam esse mentionem, nec ignoramus; nec diffitemur; iusta tamen concludendi ratione eam ex diplomate elici posse, iure statuimus. Quum enim illius sententia sit, vt Ottoni eiusque successoribus regni Italiæ in perpetuum facultas, sibi eligendi successorem, tribuatur ac concedatur, sequitur, vt præter ius patrimoniale, quod armis consequutus est Otto, etiam voluntaria populi cessione, per Romanum pontificem, tamquam ciuem primarium, declarata, Romanis nulla potestas relicta sit, imperatoris Romani dignitatem ad alios transferendi atque a Germanis repetendi. Hos enim in regno Italiæ et imperio ex voluntate Ottonis ei succedere, historia docet, veritatis lux et temporum testis grauißimus.

*u*) legas HERMANN. CONRINGIVM de Germanorum imperio Romano cap. x. §. 29. p. 95. IO. VLRICVM DE CRAMER in progr. de coniunctione imperii Romani cum regno Germanico sub Ottone I. Marpurgi ann. M DCC XXXV. in

lucem edito, et IO. FRID. PFEFFINGERVM in *Vitriar. illustrat.* tom. I. p. 62. sq. Hoc vnum addo, maxime ad veritatem accedere, quod Otto, in primis familiæ eius rationem haberi, voluerit.

F I N I S.










ULB Halle  
005 360 803

3







DISSERTATIO HISTORICA  
DE  
**OTTONE MAGNO**  
ITALIAE REGE AC ROMANORVM  
IMPERATORE

0. 17  
174679  
22

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**ERNESTO AVGVSTO**  
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE RELIQVA  
D. IMPERAT. AVG. SVMMO TOTIVS CAESAREI EQVL-  
TATVS PRAEFECTO AC LEGIONIS EQVESTRIS  
ITEMQVE PEDESTRIS TRIBVNO

CONSENTIENTE  
AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM COLLEGIO  
PRAESIDE  
**M. CHRIST. GVIL. FRANCISCO**  
**WALCHIO**  
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVBIIICIT  
RESPONDENS  
**IO. PHILIPP. GVIL. LVCKIVS**  
EX COMITATV ERBACENSI  
PHIL. ET SANCT. DISCIPLIN. CVLTOR ET SOC. LAT. IENENS. SOBALIS  
D. XVII. DECEMBR. MDCC XXXXVI.

IENAE LITTERIS IO. CHRIST. CROEKERI.